& alia impoſitione ad ſignificandum iſtum.
¶ Et etiam d̄: diuiſim: qz termin⁹ ſingularis
bene p̄dicatur de pluribus cōiūctim: vt dicē
do materia & forma ſortis ſunt ſortes. Simili
ter dicēdo ſortes & plato ſunt iſti hoīes ¶ Di
citur notāter mediāte copula &c. qz terminus
ſingularis mediāte copula ampliata pōt pre
dicari de pluribus: vt dicendo hō imaginatur
ſortes aſinus imaginatur ſortes: & ſic de alijs.
¶ Dicitur notāter cui nō repugnat &c. ꝓpter
terminos cōes ꝓ vno ſolo ſupponētes vt ſunt
iſti termini mūdus. ſol. luna. deus.

Contra dicta arguitur p̄io ſic. Ois
bona diuiſio dz eſſe bi
membris: hz iſta diuiſio nō eſt bimēbris cum ſit
quadrimēbris: q̄ eſt mala. ¶ Scōo ſic argui
tur hec eſt vniuerſalis. Nihil eſt: & tamen non
ſubijcitur termin⁹ cōis ſigno vniuerſali deter
minatus: ergo diffinitio eſt mala. ¶ Tertio ar
guitur ſic. diffinitio termini cōis conuenit alijs a
diffinito: ergo diffinitio eſt mala. Antecedēs
pz: qz terminus ſingularis p̄dicatur de pluri
bus: vt dicendo. Plato non eſt ſortes. Guiller
mus non eſt ſortes.

Ad primum d̄: ꝙ hz ois bona diuiſio
que datur p mēbra im
mediate ſub diuiſo contēta debeat eſſe bimē
bris non tm̄ illa q̄ datur p mēbra mediate con
tenta ſub diuiſo. ¶ Ad ſcōm dicitur ꝙ hz ibi
nō ſubijciatur terminus cōis ſigno vniuerſa
li determinatus explicite: tamen bene implici
te. ¶ Ad tertiuz d̄: ꝙ hz terminus ſingularis
predicetur de pluribus negatiue: non tm̄ vere
& affirmatiue vniuoce & diuiſim.

¶ Propoſitio particularis eſt illa: in qua ſubijcitur terminus cōis ſigno particulari determinat⁹: vt qui daz bō currit. ¶ Signa particularia ſunt hec: quidez: alter: aliquis: & ſimi lia. ¶ Propoſitio indefinita eſt illa in qua ſubijcitur terminus cōis ſine ſigno: vt homo currit.

Quid ꝓpō ſitio parti cularis.

Que ſigna ꝑticularia.

Quid ꝓpō indefinita.

Circa hūc tertium.

Primo notāduz eſt ꝙ hic p̄r ꝓpter hyſp.
diffinit ꝓponem particularez: q̄
diffinitio dz ſic itelligi. Propoſitio particula
ris eſt ꝓpō cathegorica in qua ſubijcit termi
nus cōis ſigno ꝑticulari determinat⁹: cui nō
p̄ponitur negatio: vel aliquo alio ſibi equalē
ti explicite: vel implicite: vel in eius mētali.
¶ Vñ ꝓpoſitio cathegorica ponit loco gene
ris. Et totū reſiduū ponitur ad d:iam vlis: in
definite: & ſingularis. Et d̄: notāter cui nō p̄
ponitur negatio: qz ſi ſigno ꝑticulari p̄ponere
tur negatio talis ꝓpō non eſſet ꝑticularis: vt
nō quidaz hō currit. ¶ Et d̄: notāter vel ali
quo alio ſibi equiualēti: ꝓpter tales ꝓpones
vt non ois hō currit: non nullus hō currit: qz
iſte ꝓpones ſunt ꝑticulares: & iſta ſigna non
ois nō nullus: equalent ſignis ꝑticularibus.
¶ Et d̄: explicite ꝓpter tales ꝓpones: q̄ daz
hō currit: q̄daz hō nō currit: aliquis hō currit
¶ Deinde d̄: implicite ꝓpter tales ꝓpones
aliquid eſt. aliq̄d currit. Et d̄: notāter vel in
cius mētali: qz ſi iſta lra a ſignificaret tm̄ ſicut
aliquis hō currit tūc eſſet ꝓpoſitio ꝑticularis
& tm̄ in ea nō ſubijceretur termin⁹ cōis nec ex
plicite nec implicite cū ſibi nullo mō ſit ſubm
vocale: hz in cius mētali cui ſubordinatur ta
lis vor: bene ſubijceretur terminus cōis ſigno
particulari determinatus.

Declarat diffinitio p pōnis parti cularis.

Quid ſignū ꝑticulare & quotuplex.

Secūdo notādum eſt ꝙ ſignū ꝑticulare
eſt illud qō additum termino
cōi: niſi fuerit impeditū facit ſpm terminū ſta
re pro omnibus ſuis ſignificatis diſiunctiue.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Unde signa ptcularia sunt duplicia. Que eā sunt pure sincathegoremata tñ: vt q̄daz aliās ⁊ sic de silibus. Alia sunt partim cathegoremata ⁊ partim sincathegoremata: vt aliq̄d: alicubi: aliquotiēs: aliq̄liter ⁊c. ¶ Ūn ad hoc q̄ alīq̄ ꝑpō sit ptcularis q̄nq̄ ꝓditiones req̄runt. ¶ Prima est q̄ tale signū ptculare dz poni cū termino cōi a pte subiecti. Defectu cui⁹ ista nō est ptcularis: sortes est ali⁹ quis hō. ¶ Scda cōditio est: q̄ tale signū sit ciusdē gēris cū termino cōi. Defectu cui⁹ hec nō est ptcular⁹. Aliq̄ vir est hō. ¶ Tertia cōditio est: q̄ tale signū teneat psonaliter. Defectu cuius ista nō est ptcularis. Quicā ē sincathegoremma. ¶ Quarta ꝓditio ē q̄ signū particulare nō sit impeditū. Defectu cui⁹ ista nō est particularis. Non quicā homo currit. ¶ Quinta cōditio est: q̄ tale signū particulare nō ponatur inter ꝓes subiecti: ⁊ ꝓponatur toti subiecto. Defectu cui⁹ ista nō est particularis. Asinus alicuius hois currit.

Declarat diffinitio ꝑ pōnis indefinite.

Tertio notandū est: q̄ hic ꝓnr pe.hyp.ponit diffinitionē ꝑpōnis indefinite: que diffinitio dz sic intelligi. Ꝓpō indefinita est ꝓpō cathegorica in qua vel in cui⁹ mētali cui subordinat subijcit terminus cōis sine signo quātificāte. ¶ Ūn ꝑpositio cathegorica ponit loco gēris. Et totū residuū ponitur ad dīam ꝑpōnis vlis: ptcularis: ⁊ singularis. ¶ Ūn duplex est signū. s. signū quātificans ⁊ signū nō quātificans. ¶ Signū q̄tificās est signū quo posito vel remoto in ꝑpōne variat q̄titas ꝑpōnis: vt signa vlia: signa ptcularia: ⁊ ꝓnomia demōstratiua primitiue speciei. ¶ Sz signū nō q̄tificās est quo posito vel remoto in ꝑpōne nō variat q̄titas ꝑpōnis vt sunt ista q̄tus: sol⁹: tant⁹: ⁊ silia.

Quid signū q̄tificās ⁊ nō q̄tificās

Quarto notandū est: q̄ ad hoc q̄ aliq̄ ꝑpō sit indefinita tres condiciones req̄runt. ¶ Prima est q̄ ꝑ additionez signi vlis pōt fieri vlis: ⁊ per signū ptculare pōt fieri ptcularis: ⁊ ꝑ ꝓnomen demōstratiuū primitiue speciei potest fieri singularis. ¶ Scda cōditio est: q̄ talis termin⁹ cōis ponat a pte subiecti. Defectu cui⁹ ista nō est indefinita. sortes est hō. ¶ Tertia est q̄ nullz signū negatiuū ponat siue cadat sup illuz terminū cōem. Defectu cuius ista nō est indefinita. Non homo est asinus: capiendo illam negationem non negative.

Tres ꝓditiones ꝑpōnis indefinite.

Cōtra dicta arguitur primo sic hec est particularis. Nō ois hō currit et tñ ibi nō subijcit termin⁹ cōmunis signo particulari determinatus: ergo diffinitio est insufficiēs. ¶ Secūdo arguit cōtra diffinitionē ꝑpōnis indefinite. Ista est indefinita sortes est nomē ⁊ tñ ibi subijcitur termin⁹ singularis: ergo ⁊c. ¶ Tertio arguit contra eandē ista est indefinita. tñ homo currit: et tamen in ea nō subijcit termin⁹ cōis sine signo. igit ⁊c.

Ad primū dicit q̄ licet ibi nō sit signū particulare formaliter tñ bene est equipalenter. ¶ Ad scōm dicit: q̄ licet iste termin⁹ Sortes: sit termin⁹ singularis q̄n accipit significatiue nō tñ q̄n accipitur materialiter. Vel dicit q̄ licet ibi subijciatur terminus singularis cōiter tentus non tñ singulariter tentus. ¶ Ad tertiū dicitur q̄ licet ibi nō subijciatur terminus cōmunis sine signo non quantificante: tamen bene subijcitur termin⁹ communis sine signo quantificante.

Quid ꝑpō singularis

¶ **Propositio singularis est illa in qua subijcitur termin⁹ discretus: vl terminus cōmunis cuz pronomine demonstratiuo primitiue specici: vt sortes currit: vel ille homo currit.**

Quid ter minus singularis.

¶ **Terminus singularis vel discretus est qui aptus natus est predicari de vno solo vt sortes de seipso.**

¶ Circa hūc textum.

Declarat diffinitio ꝑpōnis singularis

Notandum est primo q̄ hic ꝓnr Pe.hyspa. ponit diffinitionem ꝑpōnis singularis: q̄ diffinitio dz sic intelligi ¶ Propō singularis est ꝑpō cathegorica in qua vel in cui⁹ mentali cui subordinat explicite vel iplicite subijcitur termin⁹ singularis singulariter tentus: vel termin⁹ cōis sumptus cū pronoie demōstratiuo primitiue spēi eiusdem casus cū eo. ¶ Dicit notāter in diffinitione vel in eius mētali ꝓpter tales ꝑpones lego scribo. ¶ Dr etiam notāter explicite vel iplicite ꝓpter tales ꝑpones: hoc currit illud mouet. in q̄bus ꝑpōnib⁹ lz nō subijciat termin⁹ singular⁹ explicite: tñ bñ iplicite: q: in illis ꝓnoiā⁹ demōstratiuus hoc: illud: iclud̄tur termini singulares. ¶ Dr notāter termin⁹ singularis singulariter tēt⁹ ꝓpter tales ꝑpones sortes ēnomē sortes est vox diffyllaba: q̄ ꝑpōes sunt idefinite: ex quo i eis subijciūtur termini singulares cōiter tēti. ¶ Dr notāter cū ꝓnoie demōstratiuo primitiue spēi ꝓpter tales ꝑpones iste hō currit ille hō mouet. ¶ Et dr primitiue spēi etiā ad differētiam istaz ꝑpōnuz. me⁹ asin⁹ currit. vester asin⁹ monetur q̄ ꝑpōnes sunt idefinite: q: lz in eis subijciatur termin⁹ cōis cum ꝓnoie demonstratiuo: illud: tñ nō est primitiue specici qō requiritur: sed est derivative.

Dupl⁹ ꝓpositio dicitur singularis.

Secundo notandū est q̄ dupliciter pōt intelligi q̄ aliqua ꝑpositio sit singularis. ¶ Uno modo q̄ sit singularis in essendo. ⁊ sic iste termin⁹ singularis est terminus primē intentionis: ⁊ illo mō oīs ꝑpositio est singularis: q: quelibet ꝑpō est vna ⁊ non plures. ¶ Alio modo q̄ sit singularis i supponendo: ex eo q̄ subiectū eius ꝓ: o vna re singulari supponit: ita q̄ nō potest supponere ꝓ: o pluribus diuisim. ⁊ sic iste termin⁹ singularis est terminus scōe intentionis solū conuenies ꝑpōni: cuius subiectū ē termin⁹ singularis. ⁊ sic iste terminus singularis tñ significat sicut hec oratio ꝑpō cui⁹ subiectū ē termin⁹ singularis singulariter tentus. vl termin⁹ cōis sumpt⁹ cū ꝓnoie demōstratiuo primitiue spēi eiusdē casus cū termio cōi.

Declarat diffinitō termini singularis

Notandum est tertio q̄ hic cōsequenter ꝑpositionis hyspa. diffinit terminū singularez ⁊ dz diffinitio sic intelligi. ¶ Termin⁹ singularis est termin⁹ cui ex modo sue impōnis vel sue naturalis significatiōis repugnat ꝑdicari de pluribus vere: affirmatiue vniuoce ⁊ diuisim. ¶ Dicit notanter cui ex mō sue impōnis ꝓpter termios singulares mētales qui nō ex mō sue impōnis: lz ex mō sue naturalis significatiōis habēt q̄ non pñt ꝑdicari de plurib⁹. Etiaz illa particula ponit ꝓpter istos terminos de⁹. mūdus. ⁊ sic de aliis: q: lz repugnet illis terminis ex pte rei significate q̄ ꝑdicētur de plurib⁹: ex quo nō pñt esse plures dij. ⁊ sīlr non pñt esse plures mūdi sm naturam. tñ nō repugnat illis terminis ex mō sue impōnis q̄ ꝑdicētur de plurib⁹: q: si ponerētur plures dij iste termin⁹ deus ex mō significādi quez de facto hz significaret oēs illos deos: nec oporteret si inciperet esse adhuc vnus de⁹ q̄ iste termin⁹ deus iterū imponeretur ad significādum illū sed ex impōne quā tam actu hz significaret illum.

Declarant alīe ptcule diuisionis.

Quarto notāduz est q̄ vlterī⁹ dr: in diffinitiōe termini singularis ꝺe: q: termin⁹ singularis pōt ꝑdicari de plurib⁹ false vt iohānes est sortes. robert⁹ est sortes deinde dr: affirmatiue: q: termin⁹ singularis pōt ꝑdicari de plurib⁹ ꝺe ⁊ negatiue vt iohānes nō est sortes. petr⁹ nō est sortes. ¶ Dei de dr: vniuoce: q: termin⁹ singularis pōt ꝑdicari de plurib⁹ ꝺe affirmatiue ⁊ equoce: lz nō vniuoce: vt dicēdo iste est sortes demōstrādo per ly iste vnuz tali noie noiatum. Et silr iste est sortes. demonstrādo ꝑ ly iste aliū tali noie noiatum. ¶ Deinde dr: diuisim: q: terminus singularis pōt ꝑdicari de pluribus vere. affirmatiue. vniuoce. ⁊ diuisim vt dicēdo materia ⁊ forma sort⁹ sunt sortes. Silr sortes ⁊ plato sunt isti duo hoies: ⁊ tñ terminus singularis non pōt ꝑdicari de plurib⁹ vere affirmatiue vniuoce ⁊ diuisim: vt dicēdo materia sort⁹ est sortes: vel forma sortis est sortes.

Contra dicta arguitur primo sic. Et primo ꝓtra diffinitōez ꝓpōnis singularis. Illa diffinitio cōuenit alijs a diffinito: ergo est insufficiēs. Alīs ꝓz de ista ꝑpone. sortes est nomen. q̄ nō est singularis: ⁊ tñ in ea subijcit termin⁹ singularis ergo ⁊c. ¶ Scōo arguit ꝓtra diffinitōez termini singularis. Iste termin⁹. deus est terminus cōis: ⁊ tñ diffinitio termini singularis sibi cōuenit. ꝯ est insufficiēs. Antecedens ꝓz: q: sibi repugnat ꝑdicari de plurib⁹. ꝯ ⁊c. ¶ Tertio sic arguitur. Sortes est terminus singularis: ⁊ tñ tamen potest ꝑdicari de pluribus: vt dicendo: iste est sortes: ⁊ iste est sortes: ergo diffinitio est insufficiens.

Ad primum dr: q̄ lz in ea subijciatur termin⁹ singularis cōiter tentus non tñ singulariter tentus. ¶ Ad scōm dr: q̄ licet ex parte rei repugnat tali termino ꝑdicari de pluribus. non tñ ex parte sue impōnis. ¶ Ad tertium dr: q̄ lz iste terminus sortes ꝑdicetur de pluribus false vel negatiue vel equiuoce vel connūctim non tñ vere affirmatiue vniuoce ⁊ diuisim.

Diuisio ꝓpōis cathegorice data penes qualitatem. Quid ꝑpō affirmatiua Quid ꝑpō negatiua. De triplici ꝑpōnis q̄ntiuo

¶ **Item ꝑpositionum cathegoricarum alia est affirmatiua: alia negatiua. Affirmatiua est illa in qua ꝓdicatuz affirmatur de subiecto: vt homo currit. Negatiua est illa in qua ꝑdicatum negatur de subiecto: vt hō nō currit.** ¶ Diuisa ꝑpositione triplici ter sciēduz est q̄ tripler est q̄situm: per qd querim⁹ de ipsa ꝑpōne: scz q̄ qualis ⁊ quāta. Que q̄rit de substātia ꝑpōnis. Unde ad q̄stionez factā que respōdēdum est cathegorica vel ipotbetica. Qualis querit de qualitate ꝑpōnis. Tñ ad questionem factā per qualis: rñdendum est affirmatiua vel negatiua. Quāta q̄rit de quātitate. Unde ad interrogationem factaz per quāta rñdendum est vniuersalis vel particularis: vel indefinita vel singularis. vñ versus. Que ca. vel byp. qualis ne. vel af. v. quanta par. in fin.

Declarat diuisio.

¶ Circa hunc textum.

Notandum est primo q̄ hic ꝓsequenter ꝺe: hyspa. diuidit ꝑpositionem cathegoricam penes qualitatem ⁊ dz diuisio sic intelligi. De nūcro ꝑpōnum cathegoricaz: simplicem copulā habentium: alia est affirmatiua: alia negatiua. Et ē diuisio generis in suas spēs. ¶ Ūn notāter dr: simplicem copulā habentium ꝓpter ꝑpones cathegoricas non habētes simplicem copulam: vt est ista. Quodlibet est vel nō est: q: ista non est affirmatiua nec est negatiua: sed affirmatiua ⁊ negatiua simul.

Acceptiones affirmatōis ⁊ negatōis

Secundo notādum est q̄ affirmatio ⁊ negatio capiūtur dupliciter ¶ Uno mō cōiter. ⁊ sic affirmatio est ꝑpositio cui⁹ copula principalis vel principalior ꝑs copule nō negatur. Et hoc mō affirmatio cōuenit tam ꝑpōnibus cathegoricis q̄ hypotheticis. Et negatio est ꝑpositio cui⁹ copula principalis vel principalior ꝑs copule negat. Et hoc mō negatio cuenit tam ꝑpōnibus cathegoricis q̄ hypotheticis. ¶ Alio mō capiūtur specialiter: ⁊ sic affirmatio est ꝑpositio cathegorica: in qua ꝑdicatū vnitur cū subiecto mediāte copula vel principalior ꝑte copule non negata. Et negatio est ꝑpositio cathegorica in qua ꝓdicatuz vnitur cum subiecto mediāte

Universidad de Deusto
Biblioteca

copula principali vel principalioꝝ parte copule negata: ⁊ hoc modo affirmatio ⁊ negatio solum cōueniunt ꝓpōnibus cathegoricis. Et isto modo capiūtur in diuisione.

Declarat diuisio ꝓpōnis affirmatiue.

Notandum est tertio ꝙ hic pōr Pe. hyspa. diffinit ꝓpōnem cathegoricā affirmatiuā ⁊ dz sic diffinitio intelligi. ¶ Propositio cathegorica affirmatiua est illa in qua implicite vel explicite vel in cuius mētali cui subordinatur p̄dicatuz principale vnitur cū subiecto mediāte copula ꝟbali vel principalioꝝ pte copule affirmata ¶ Vñ illa est principalioꝝ ps copule sm cui⁹ exigētiam extrema ordinātur actuālitē. Exēpluz vbi copula tota manet affirmata vt hic hō est aial Exēplum vbi principalioꝝ ps copule manet affirmata: vt oē aial est nō possibiliter substātia. ibi hoc ꝟbuz est manet affirmatum qō est principalioꝝ ps copule vel tota copula. De hoc videbitur in logica. ¶ Propositio cathegorica negatiua est illa in qua explicite vel implicite: siue in cui⁹ mētali cui subordinatur p̄dicatum principale vnitur cū subiecto mediāte copula vel principalioꝝ pte copule negata. Exēpluz vbi tota copula negatur: vt hō non est aial. Exēplum vbi principalioꝝ pars copule negatur: vt homo possibiliter nō est sedēs. ibi hoc verbum est negatur: ⁊ est principalioꝝ ps copule sm illos qui dicunt ꝙ hoc totum possibiliter est sit totalis copula.

Que principalioꝝ pars copule.

Declarat diffinitio ꝓpōnis negatiue.

Quarto notādum est ꝙ hic pōnit pe. hisp. edidit ꝙ sicut ꝓpō est tripliciter diuisa. Primo mō in cathegoricā ⁊ hypotheticam ꝙ vocāt diuisio penes substātiam. Secdo in vlēm ꝑticularem: indefinitā ⁊ singularez ꝙ vocāt diuisio penes ꝙtitatez. Tertio in affirmatiuā ⁊ negatiuaz ꝙ vocāt diuisio penes ql̄itatem: sic etiā tria sunt q̄ſitiua ꝑ que q̄rimus de ipa ꝓpōne scilz ꝙ qualis ⁊ quāta.

Que

Qualis Quanta

¶ Que q̄rit de substātia ꝓpōnis. Et rndēduz est ad qōnem factā ꝑ ꝙ categorica vel hypothetica. ¶ Qualis q̄rit de ql̄itate. Et ad qōnem factā ꝑ qualis. rndēduz ē affirmatiua vel negatiua. ¶ Quanta q̄rit de q̄ntitate. Et ad qōnem factā ꝑ quāta. rndēduz est vl'is particularis: indefinita vel singularis. ¶ Et illud pz i isto metro. Que ca. vel hyp. qualis ne. vel af. v. quāta par. in. fin. Que. i. ad qōnem factā per que: rndetur ca. i. cathegorica vel hyp. i. hypothetica. Qualis. i. ad qōnem factā ꝑ qualis. rndetur ne. i. negatiua vel af. i. affirmatiua. Quāta. i. ad qōnem factam ꝑ quāta. respōdetur. v. i. vniuersalis. par. i. particularis. in fd est indefinita. fin. i. singularis.

Declaratio Uersus.

Contra dicta primo sic arguit̄ ꝓtra diuisionez. Debz a diuisionis exceder diuisum: ꝙ diuisio est insufficiens. Sed̄ pz: q: affirmatio ⁊ negatio nō solum ꝓueniūt cathegoricis: sz etiā hypotheticis. ¶ Secdo sic arguit̄. Diuisuz exceder mēbra diuidētia: ꝙ diuisio ē mala. Sed̄ pz de ista ꝓpōne. Sortes est vel nō est chymera. ꝙ nō est affirmatiua: nec etiam negatiua. suppositio ꝙ hoc totū est vel nō est. sic copula. ⁊ tm̄ est ꝓpositō cathegorica. ergo cōtra diuisionē. ¶ Certio sic arguit̄ cōtra diffinitionē ꝓpositiois negatiue: q: ipsa cōcuit alijs a diffinito: ergo ē insufficiēs. Sed̄ patet de ista ꝓpōne hō qui nō currit mouet̄ que est affirmatiua. ⁊ tm̄ p̄dicatū negat̄ de subiecto. ergo diffinitio ē insufficiēs

Ad primū dicit ꝙ affirmatio et negatio in dicta diuisiōe nō capiuntur generaliter: sed specialiter, put soluz reperiūtur in cathegoricis. ¶ Ad scōm dicit ꝙ diuisum huiꝰ diuisiois non est solū ly ꝓpositio. sed est hoc totū ꝓpositio cathegorica de simplici copula. ¶ Ad tertiū dicit ꝙ licet predicatū minus principale vnia⁹ cū subiecto mīꝰ principali mediāte copula negata nō tm̄ predicatū principale vnit̄ cū subiecto principali mediante copula negata sz mediāte copula affirmata

¶ Item propositionū cathegoricaꝝ Quedā ꝑticipant vtroq; termino vt hō est animal. hō nō est aial: Alie ꝑticipant vno tm̄. vt hō currit hō disputat: alie vero nullo. vt plato disputat equus mouet̄. ¶ Itē ꝓpositionū participātiū vtroq; termino. Alie ꝑticipant sm eundē ordinē: vt hō currit. hō nō currit. Alie vero ordine econuerso vt hō est aial. aial est hō. ¶ Itē ꝓpositionū cathegoricaꝝ vtroq; termino ꝑticipantiū sm eundē ordinē. Alie sunt cōtrarie. Alie subcōtrarie Alie ꝙtradictorie. Alie subalterne.

Prima diuisio preābula

Secda diuisio pambula.

Tertia diuisio principalis de ꝓpositionū oppositione.

¶ Circa hunc textum.

Primo notandum est ꝙ hic pōr Pe. hyspa. determinat ꝺ oppositiōibus ꝓpositionū cathegoricaꝝ. ⁊ ꝺ materijs earūdē de legalib⁹ ꝓpositionū primo ponēs aliquas diuisiōes. quarū pria debet sic intelligi. De numero ꝓpositionū cathegoricaꝝ quedā participāt vtroq; termino. i. quedā ꝓueniūt in vtroq; termino. quedā in altero tm̄. ⁊ quedā in nullo ꝓueniūr. ¶ Unde istud vertū participare. ac capit̄ tribus modis. Uno mō idē est qō diuidere et sic capit̄ qñ dicit̄ ꝙ duo fratres participant bona parentū. ¶ Alio mō capit̄ participare: vt idē est qō in se participati, rationē suscipere. et sic capit̄ ab aristo. in. iiij. thopi. qñ dicit̄. ꝙ spēs participat gen⁹. ⁊ nō ecōuerso. Et istis duobus modis nō capit̄ in ꝓposito. ¶ Tertio mō capit̄ vt icē est qō ꝓuenire. ⁊ isto mō capit̄ in ꝓposito.

Declarat prima diuisio.

Acceptiōes de ly participare.

Secundo notandū est ꝙ ꝓpositiones categorice dicūtur participare vtroq; termino que sic se hñt ꝙ quilibet terminus vn⁹ ꝓpositiōis est similis alteri termino alteri⁹ ꝓpositionis vt hō nō currit. hō nō currit. Et ille ꝓpositiones dicūtur ꝑticipare vno termino tm̄. que sic se habēt ꝙ solū vnus terminus vn⁹ ꝓpositionis est similis vni termino alteri⁹ ꝓpositionis. ⁊ alter terminus est dissimilis alteri. vt hō currit hō est aial. ¶ Et ille dicūtur nullo termino ꝑticipare quarū nullus terminus vni⁹ est similis alicui termino alterius: vt hō currit: aial mouetur. ¶ Secda diuisio dz sic intelligi. De nūero ꝓpōnuz cathegoricarū vtroq; termino ꝑticipantiū quedā ꝑticipant vtroq; termino eodē ordine. ⁊ quedaz ordine ecōuerso. ¶ Uñ ꝓpōnes vtroq; termino ꝑticipātes sm eundē ordinē sunt quarum subiectū vnius est sile subiecto alterius ⁊ p̄dicatū vnius p̄dicato alteri⁹. ¶ Et ille dicunt̄ ꝑticipare vtro termino ordine ecōuerso: q̄ruz subiectū vnius est sile p̄dicato alteri⁹. ⁊ p̄dicatum vnius est simile subiecto alteri⁹. ¶ Certia diuisio q̄ dz subintelligi est ista. De nūero ꝓpositionū cathegoricarū vtroq; termino ꝑticipantiū sm eundē ordinē q̄dam sunt nō oppositе. vt ꝓpōnes equipollētes: vt quidam homo currit: ⁊ nullus hō currit. Alie sunt oppositе vt q̄dam hō currit: ⁊ nullus hō currit.

Que ꝓpōnes participāt ordine eo ꝺē ⁊ q̄ ordine ecōuerso

Declarat tertia diuisio.

Acceptiōes de ly oppō.

Tertio notandū est ꝙ hic pōr pe. hy. ponit aliam diuisionē. q̄ dz sic intelligi. De numero ꝓpositionū cathegoricarū oppositarū vtroq; termino ⁊ eodē ordine ꝑticipantiū. alie sunt ꝙtrarie: alie subcōtrarie: alie cōtradictorie: ⁊ alie subalterne. ¶ Uñ oppositio capit̄ dupl'r. Uno mō ꝑ oppositō realī. q̄ est inter duas res: nō se cōpatientes i eodē subiecto. Sicut oppositio q̄ est inter caliditatē et frigiditatē pfectā. Et isto mō ille termin⁹ oppositio est termin⁹ ꝓprie intētionis. Et sic non capit̄ in ꝓposito. Alio mō capit̄ ꝑ oppositiōe logicali. ⁊ illo mō est termin⁹ scōe intētionis. qui termin⁹ adhuc capit̄ dupl'r. ¶ Uno mō ꝑ oppositōe terminoꝝ. ⁊ sic oppositio tm̄ sigt̄ sicut hoc aggregatū. termini oppositi siue termini nō potētes sil'r semel affirmatiuez vere p̄dicari de eodē singulari singularit̄ tento respectu eiusdē. Et de ista oppositōe nō est h̄ ad ꝓpositū. sz in postpredicamentis. ¶ Alio mō capit̄ ꝓ oppositiōe ꝓpositionū. ⁊ sic oppō tm̄ significat sicut hoc aggregatū, ꝓpōnes repugnantes. Et de ista est hic ad ꝓpositum.

Distinguit oppositio ꝓpositionuz.

Quarto notandū est ꝙ oppositio ꝓpositionū est dupler. ¶ Una ē ꝑ positionū que cōponūtur ex terminis oppositis. ⁊ sic ille ꝓpōnes oñr oppoi ꝙtrarie q̄ruz p̄dicata sunt termini ꝙtrarij affirmatiue enūciati de eodē subiecto singulari: vel de eodem subiecto cōi sumpto cū relatiuo idēptitatis vl' cū signo vlī. Exēplū primi: vt sortes est albus sortes est niger. Exēplū scōi: vt hō est albus: ⁊ idē hō est niger. Exemplū tertij: vt oīs hō est albus: oīs hō est niger. Et de tali oppōne ꝑ positionū nō est hic ad ꝓpositū. ¶ Alia est oppositio ꝓpositionū cathegoricarū vtroq; termino ꝑticipantiū sm eundē ordinē in q̄ntitate tm̄ vel in ql̄itate tm̄: vel in ql̄itate ⁊ q̄ntitate sil'r vel in altero tm̄. Et de ista oppōne est h̄ ad ꝓpositū: ⁊ ei⁹ sunt q̄tuor spēs q̄rū habent̄ sufficiētia: q: oēs ꝓpōnes opposite opponūtur vel in ql̄itate vl' in q̄ntitate sil' ⁊ sic sunt cōtradictorie. Uel in q̄ntitate tm̄: ⁊ sic sunt subalternе vel in ql̄itate tm̄. Et hoc dupl'r. vel sunt de subiecto singulari: ⁊ sic sunt ꝺictorie. Uel de subiecto cōi ⁊ hoc dupl'r. Uel ābe sunt vles ⁊ sic sunt cōtrarie. Uel ambe sunt ꝑticulares vel indefinite ⁊ sic sunt subcontrarie.

Sufficiētia

Contra dicta primo sic arguit̄. in diuersis ꝓpōnib⁹ sunt diuersi ordinis: ꝙ propōnes nō ꝑticipāt vtroq; termino eodē ordine. ¶ Secdo sic arguit̄: oēs propōnes cathegorice cōueniūt in copula: ergo oēs ꝓpōnes cathegorice in aliquo ꝓueniunt: ⁊ per pñs male ꝺr: q: quedā ꝓpositiones in nullo termino cōueniunt. ¶ Tertio arguitur de oppositione determinat̄ in predicamētis: ergo hic non ꝺz determinari.

Ad primū ꝺr ꝙ licet in diuersis propōnibus sunt diuersi ordines sm numerū nō tm̄ sm spēm. Et sic iste terminus eodez positus in textu tm̄ valet sicut ista.

¶ Ad scōm ꝺr ꝙ terminus in proposito non capit̄ pro copula: sz pro subiecto vel pro p̄dicato materiali. ¶ Ad tertiū ꝺr ꝙ ly in p̄dicamentis determinet̄ de oppositione terminoꝝ non tm̄ de oppositione propositionum.

¶ Contrarie sunt vlis affirmatiua ⁊ vniuersalis negatiua eiusdē subiecti ⁊ eiusdez predicati. vt oīs homo currit: nullus hō currit. Subcontrarie sunt ꝑticularis affirmatiua: ⁊ ꝑticularis negatiua: eiusdē subiecti ⁊ eiusdem predicati: vt quidaz homo currit: quidā homo non currit.

Quid ꝓpōnes ꝙtrarie

Quid ꝓpōnes subꝯrie

¶ Circa hunc tertium.

Primo notandū est ꝙ ad hoc ꝙ aliquе ꝓpōnes sint ꝙtrarie tres ꝙditiones requrunt. ¶ Quarū prima est. ꝙ tales ꝓpōnes sint propōnes cathegorice vtroq; termino ꝑticipātes: sm eundē ordinem diuerse sm qualitatē. q̄ruz termini teneant vniuoce

Cōditiones ꝙtrariaruz.

Universidad de Deusto
Biblioteca

que ample eque restricte ⁊ eque appellate: ⁊ quarū terminus distribuibilis q̄ est subm vel predicatuz nō distribuit in vna distribuat in alia vt ois homo currit: ois hō nō cur. ¶ Quid aūt sit terminū tenerī eque ample: eque restricte: ⁊ eq̄ appellate. videbit ī puis logicalib⁹.

Cōditiones subcōtrariarum.

Tertio notandū est ꝙ ad hoc ꝙ alique ꝓpones sint subcōtrarie tres cōditiones req̄runt. ¶ Prima est ꝙ vna sit ꝑticularis vel indefinita affirmatiua: ⁊ alia ꝑticularis vel indefinita negatiua eiusdē subiecti ⁊ eiusdē p̄dicati. ¶ Scōa ꝯditio ē ꝙ in vtra q̄s subcōtrariarū termini teneant vniuoce nō mag⁹ ample vel min⁹ restricte vel appellate in vna sicut in alia ꝓpōne. ¶ Tertia ꝯditio ē ꝙ p̄dicatū in vna subcōtrariarū teneat vl'r. ⁊ in alia ꝑticulariť si ipz sit termin⁹ cōis. Et p ꝑter defectū huiꝰ cōditiōis. iste nō ꝓprie subcōtrariātur hō oē aīal est: ⁊ hō nullū aīal est: q⁊ ly aīal in vtraq̄ teneat vl'r. Et etiā ille ꝓpōnes sunt fil'r false. Vñ subcōtraria istius hō oē aīal est: est ista hō aīal nō est. Et subcontraria istius hō nullum aīal est: est ista hō aīal est.

Declarat diffinitio subcōtrariarū.

Quarto notandū est ꝙ ex dictis ꝯditionib⁹ pōt colligi descriptio subcontrariarū q̄ talis est. Subcōtrarie sunt due propōnes categorice ꝑticulares vel indefinite vtroq̄ termino ꝑticipates fm eundē ordinē: diuerse fm q̄litatē: quarū termini tenentur vniuoce: eque ample: eq̄ restricte: ⁊ eodez mō appellate. quarū vnius p̄dicatū teneat vl'r ⁊ alterius ꝑticulariter si sit terminus cōis.

Cōtra dicta primo sic arguit. Iste ꝓpōnes non sunt ꝓtrarie Cuiuslibet hois oculus est dexter ⁊ cuiuslibz hois oculꝰ nō est dexter ⁊ tñ vna est vlis affirmatiua. ⁊ alia vl'is negatiua. g̃ diffinitio ē mala. ¶ Scōo sic arguit. iste ꝓpōnes sunt cōtrarie ois hō est fortes: ⁊ null⁹ hō ē fortes. et tñ termin⁹ nō distribuꝰ in vna nō distribuit in alia: g̃ scōa ꝯditio ꝯtrariū nō est bñ posita. ¶ Tertio arguit sic. Iste ꝓpōnes hō oē aīal est. ⁊ hō oē aīal nō est. nō sunt subcōtrarie. et tñ vna est indefinita affirmatiua: ⁊ alia est indefinita negatiua: ergo diffinitio est mala.

Ad primū dr ꝙ licet iste ꝓpōnes sint vlēs ex pte subiecti distributionis nō tñ ex pte subiecti enūciationis. Vel aliter dr ꝙ ibi deficit scōa cōditio req̄sita ad hoc ꝙ alique ꝓpōnes sint cōtrarie. Et ideo contraria illius cuiuslibet hois oculꝰ est dexter: est ista cuiuslibet hois nō oculꝰ est dexter. ¶ Ad scōm dr negando ꝓnam: q⁊ illa cōditio dicit ꝙ termin⁹ nō distribuꝰ in vna dz distribuit in alia. si sit termin⁹ distribuibilis. mō terminus q̄nō distribuit in vna istarū ꝓpositionū nō est termin⁹ distribuibilis: ex quo est terminus singularis. ¶ Ad tertiā dr negādo ꝓnam: q⁊ ibi deficit tertia conditio req̄sita ad hoc ꝙ alique ꝓpōnes sint subcōtrarie.

Quid cōtradictorie.

¶ **Contradictorie sunt vlis affirmatiua: ⁊ ꝑticularis negatiua vel vlis negatiua et particularis affirmatiua: eiusdē subiecti ⁊ eiusdē predicati: vt ois homo currit: quidā homo nō currit: nullus hō currit: quidā hō currit.** ¶ Subalterne sunt vlis affirmatiua ⁊ particularis affirmatiua. Vel vlis negatiua ⁊ ꝑticularis negatiua eiusdē subiecti ⁊ eiusdē predicati: vt ois hō currit: quidā hō currit: nullus hō currit: q̄daz hō nō currit. Et hoc totū ꝑz in figura sequēti.

Quid subalterne.

¶ Circa hunc tertum.

Sciendum est primo ꝙ ad hoc ꝙ aliq̄ ꝓpōnes sint ꝓtradictorie multe cōditiones req̄runt. ¶ Prima est ꝙ si sint de subiecto singulari ꝙ sint opposite q̄litatis Et si sint de subiecto cōi: ꝙ sint oppositę q̄litatis ⁊ q̄litat⁹ eiusdē p̄dicati ⁊ eiusdē subiecti ¶ Scōa ꝯditio ē ꝙ q̄libet termin⁹ distribuibilis q̄ est subm vel p̄dicatū nō distributus in vna distribuat in alia ⁊ ecōtra. Defectu cuiꝰ iste nō ꝓtradicūt. ois hō est aīal: ⁊ hō aīal non est. ꝛz iste due ꝓtradicūt hō est aīal: ⁊ ois hō nō est aīal. Sil'r iste due nō cōtradicūt ois hō est aīal ⁊ q̄dam hō aīal nō est. cū sint fil' vere. Vñ cōtradictoria istius q̄dā homo aīal non est. est ista. ois hō oē aīal est. ¶ Tertia conditio est. ꝙ termini teneant vniuoce ⁊ nō equiuoce. eq̄ ample: eque restricte ⁊ eodē modo appellate. Defectu cuiꝰ iste nō cōtradicūt. nullus hō est species: ⁊ homo est spēs: ex quo iste terminus hō tenet eq̄uoce. ¶ Sil'r iste due nō ꝯdicunt nullꝰ hō fuit albꝰ. ⁊ q̄dā hō q̄ ē fuit albꝰ q⁊ iste termin⁹ hō nō tenet eq̄ ample in vna sicut in alia. ¶ Sil'r iste due nō ꝓtradicūt nullꝰ hō q̄ fuit fuit albus. ⁊ q̄dā hō q̄ fuit heri fuit albus q⁊ iste terminus hō nō stat eque stricte. ¶ Similiter iste due nō cōtradicūt albuz cognosco ⁊ ego nō cognosco album: q⁊ iste terminus album nō eodem modo appellat.

Tres conditiones ꝯdictoriarum.

Sciendum est cōo ꝙ ex dictis cōditionibus pōt diffinitio cōtradictoriarū colligi q̄ talis est. Contradictorie sunt ꝓpōnes categorice singulares vel vna vlis ⁊ alia ꝑticularis vl'indefinita vtroq̄ termino ꝑticipates fm eundē ordinē diuerse fm qualitatē quarū termini tenētur vniuoce: eq̄ ample restricte. ⁊ eodē modo appellate. ⁊ terminus distribuibilis: qui est subiectū vel p̄dicatū nō distribuꝰ in vna distribuat in alia et ecōtra. vt ois hō est aīal. ⁊ homo non est aīal. Illis duabus ꝓpōnib⁹ cōuenīt conditiones prius posite ⁊ diffinitio cōtradictoriarum.

Intellectus diffinitiōis ꝯdictoriaꝝ

Tertio sciendū est ꝙ ad hoc ꝙ aliq̄ ꝓpōnes sint subalterne tres cōditiones req̄runt. ¶ Prima est ꝙ vna sit vniuersalis: alia ꝑticular': siue indefinita/ ⁊ ꝙ sint eiusdē qualitatis: eiusdē subiecti: ⁊ eiusdez p̄dicati. ¶ Secūda cōditio est: ꝙ si p̄dicatū in vna teneat vl'r: ꝙ etiā in alia teneat vniuersaliter Defectu cuiꝰ iste nō sunt subalterne q̄libet homo ossie aīal est. ⁊ aliqs hō animal est. sed subalterna prime est ista aliqs hō omne aīal est. Et si predicatū in vna teneat ꝑticulariter. ꝙ etiā in alia teneat particulariter. Defectu cuius iste nō sunt subalterne q̄libet homo omne aīal est ⁊ aliqs hō omne aīal est. Sed subalterna prime est ista. aliqs hō aīal est. ¶ Tertia ē ꝙ termini teneāt vniuoce eque ample. eque restricte. et eodē modo appellate.


Tres conditiones ad ſb alternas requisite.

Intellectꝰ diffinitiōis subalternarum.

Sciendū est quarto: ꝙ ex dictis cōditionibus pōt elici diffinitio subalternaꝝ que talis est. Subalterne sūt ꝓpositiones categorice: vtroq̄ termino fm eūdem ordinē participātes. eiusdē q̄litatis. ꝛz diuerse q̄titatis: quarū p̄dicatū vniꝰ teneat sil'r sicut p̄dicatū alterius. ⁊ termini teneāt vniuoce. eque ample. eq̄ restricte. ⁊ eodē mō appellate. vt ois hō est aīal. ⁊ hō est aīal. Illis ꝓpōnib⁹ conueniūt cōditiones ſbalternaꝝ. diffinitō earūdē

Contra dicta primo sic arguit. iste sūt ꝓpotiones ꝯdictorie sortes currit ⁊ sortes nō currit. ⁊ tñ vna nō est vlis ⁊ alia ꝑticularis. g̃ diffinitio pe. hyſ. est mala. ¶ Secūdo sic arguit. iste nō sūt ꝯdictorie: ois hō ē aīal: ⁊ aliqs hō aīal nō ē. ⁊ tñ vna ē vlis affirmatiua: ⁊ alia ꝑticularis negatiua. g̃ diffinitio cōuenit alijs a diffinito. ¶ Tertio sic arguit. iste nō sunt subalterne ois hō ē aīal: ⁊ aliqs hō omne aīal est. ⁊ tñ vna est vlis affirmatiua. ⁊ alia ꝑticularis affirmatiua g̃ diffinitio est mala.

Ad primū dicit: ꝙ diffinitio ꝓtradictoriaꝝ. pe. hyſ. intelligit de ꝯdictorijs q̄rū subiecta sūt termini cōes, ⁊ nō de alijs quarū subiecta sunt termini singulares. ¶ Ad scōm dr negando ꝓnam q⁊ ibi deficit vna ꝯditio. ſ. scōa ꝯditio q̄ dz subintelligi ī diffinitiōe ꝯdictoriarū: ⁊ etiā deficit tertia cōditio. ¶ Ad tertiū dicit negando cōsequētiam q⁊ ibi deficit secūda ꝯditio que debet subintelligi in diffinitione subalternarum et similiter alie conditiones. ¶ Sequitur figura.



¶ **Propositionū triplex ē materia scz naturalis contingens ⁊ remota.**

Quid materia ꝓpōnis

Primo notādū est circa hūc textū. ꝙ materia ꝓpōnis cathegorice nō est aliꝰ ꝙ subm ⁊ p̄dicatū. ꝓpōnis cathegorice se habētia vt repugnātia: vl'r vt conuenientia transmutabil'r vel itrāsmutabiliť. Et dicunť subiectū ⁊ p̄dicatū ꝓpōnis materia transumptiue: ad filitudinē materie ꝓprie dicte: q⁊ sicut materia ꝓprie in naturalib⁹ est principiuz ex quo res naturales cōponunť sic subm⁹ ⁊ predicatū sūt illa ex q̄bus ꝓpositio cathegorica cōponitur. ¶ Sil'r forma ꝓpōnis cathegorice ē copula copulās p̄dicatū cū subiecto. Et copula dr forma ad filitudinē forme ꝓprie dicte: q⁊ sicut forma ꝓprie dicta est illud p q̄ res hz esse sic etiā copula addita subiecto ⁊ p̄dicato est illud per q̄ ꝓpositio cathegorica habet esse.

Quid forma ꝓpōnis

Quō ſtelligitur ꝓpō esse in materia.

Secundo notādū est ꝙ ꝓprie loquēdo ꝓpō nō est in materia: q⁊ materia est ps ꝓpōnis. ⁊ ꝓpō est totū: mō totum nō est ꝓprie in sua pte. Et ideo qñ dr ꝙ ꝓpō est in tali materia vel tali: illa ꝓpositio dz sic intelligi. Talis ꝓpositio est ex materia tali vel de materia tali. ¶ Unde cū dr in textu. q̄ triplex ē materia: sensus illi⁹ est iste tres sūt termini cōes nō coincidentes in significādo fm rōnes formales eoꝝ: oēs materias ꝓpositionū cathegoricarum significantes p quos terminos iste terminus materia diuidit diuisiōe logicali.

Sufficiētia diuisionis.

¶ Eui⁹ diuisionis pōt sic haberi sufficientia. Illa materia ꝓpositiōis cathegorice est habitudo extremoꝝ adinuicē vel ergo extrema sic se habēt ꝙ vnū nō pōt cōpetere alteri ⁊ sic est materia remota vel sic se hñt ꝙ vnū pōt cōpetere alteri. Et hoc duplicit. q⁊ vl'vnū pōt cōpetere alteri intrāsmutabiliter ⁊ sic est materia naturalis aut trāsmutabiliter ⁊ sic ē materia contingens. ⁊ sic est finis.

Regule ḡnales ꝑ naturas materiarū ꝓpōnis.

Tertio notādū est: ꝙ ad maiorē cognitionē hñdā de materijs ꝓpositionuz ponūtur due regule cōes. ¶ Quaꝝ prīa ē ꝙ in quacūq̄ materia est ꝓpositio affirmatiua. i eadē materia est sua ꝓpō negatiua cor: respondens sua ꝓtraria: sua subcōtraria sua ꝓtradictoria sua subalterna sua cōuertēs: ⁊ sua equipollēs. vt oēs iste ꝓpōnes sunt in eadē materia: hō currit: ois hō currit: nullꝰ hō currit. quidā hō nō currit. nō nullꝰ hō currit. ⁊ quoddaz currēs est hō. ¶ Secūda regula est talis: ꝙ in quacūq̄ materia ē ꝓpō cathecorica de ineſſe ⁊ de p̄nti: in eadē materia est ꝓpō de futuro: dē ꝑterito ꝓpō modalis diuisa de quocūq̄ mō sit: ⁊ ꝓpō hypothetica vt oēs iste ꝓpōnes hō est aīal. hō fuit aīal. hō erit animal. hō possibiliter est aīal. hō necessario est aīal. ⁊ si hō ē aīal: hō ⁊ suba sunt in eadē materia. ¶ Et rō istarū duarū regularū est: q⁊ in illis ꝓpōnibus sunt filia subiecta similia p̄dicata. ergo tales ꝓpositiones sunt in eadē materia.

Quō diuersi mode cathegorice ⁊ hypotheticē sūt in materia.

Quarto notādū est ꝙ ꝓpōnes cathegorice dicunť ꝓmo esse in aliq̄

Universidad de Deusto
Biblioteca

materia: eo ꝙ eis ꝟuenit ꝓio habere subm et ꝑdicatū. Sꝫ ꝓpones hypothetice nō sunt ī aliqua materia nisi rone cathegoꝛicaꝝ: ex quo cathegoꝛice sunt ptes ĩmediate ꝓpositionū hypotheticaꝝ vt in plurib⁹: ideo hypothetice reducūtur ad eādē materiā in q̄ sunt cathegoꝛice. ¶ Et ꝺ̄ notāter vt plurib⁹: qꝛ aliqñ nulla cathegoꝛica est ꝓs ĩmediate hypothetice: sed mediata solū: vt patebit ī cap. ꝺ̄ hypotheticis.

Cōtra dicta ꝓio sic arguit. nullū totū est in materia q̄ est sua ꝓs. Sed ꝓpō cathegoꝛica ē totū: ergo ꝓpō cathegoꝛica nō est materia. Scōo arguit sic. nulla substātia ē ꝓs ꝓpōnis: ꝫ materia est substātia ꝙ materia nō est ꝓs ꝓpōnis. ¶ Tertio arguit sic. Multe sunt ꝓpones q̄ nō sunt in aliq̄ materia hic enūcrata. ꝙ diuisio est insufficiēs. Antecedēs patet de istis ꝓpositionibus. Sortes est sortes et homo est sortes.

Ad primū ꝺ̄ ꝙ capiēdū ꝓprie ista ꝓpositiones in: vt distinguit ꝗtra ex vel ꝺ̄: sic ꝓcedit maioꝛ: ꝫ si capiat̄ ĩm ꝓprie ꝓ ex vel ꝺ̄: sic negat̄ maioꝛ. ¶ Ad secūdū ꝺ̄ distinguēdo minoꝛ: ē. qꝛ iste terminus materia capit̄ dupl'r. ¶ Uno mō vt ē nomen ꝓie intētiois ꝛ sic ꝓcedit minoꝛ: ꝛ tūc iste termin⁹ materia significat substātia ꝛ ꝑdicata ꝓ positionū. ¶ Ad tertiū dicit̄ negādo ans: et ad eius probationē dicit̄ ꝙ reducūtur ille ꝓpositiones ad materiam naturalem.

Acceptiões materie

Diffinitiones materiarum

¶ **Naturalis est illa: in qua ꝑdicatū est de esse subiecti vel ꝓprīū eius: vt bō est aīal: bō est risibilis.** ¶ **Cōtingēs est illa: in qua ꝑdicatū pōt adesse vel abesse subiecto ꝑter subiecti corruptionē: vt bō est albꝰ: bō nō est albus.** ¶ **Remota est illa in qua predicatum non potest cōuenire subiecto vt homo est asinus.**

¶ Circa hunc textum.

Diffinitio materie naturalis.

Primo notādū est ꝙ hic ꝓpr pe. hys. ponit diffinitionē materie naturalis. q̄ diffinitio ꝺ̄ sic itelligi. Materia naturalis est habitudo extremoꝝ ꝙ ꝑdicatū ꝺ̄ ō subiecto ꝺ̄ ꝛ affirmatiue ꝛ cēntialit̄ vel accidentalit̄ cōuertibiliter. ¶ Un in ista diffinitōe ponit̄ habitudo loco ḡnis. ꝛ totū residuū ponit̄ ad ꝺ̄ materie ꝓtingētis ꝛ materie remote. ¶ Et ꝓpr diffinitio dat̄ de materia naturali ordinata ꝼm directaꝫ predicationē ꝛ non ꝼm indirectam. ꝛ sic capitur materia naturalis specialiter ꝛ stricte: q̄n petrus hys. diffinit eā. Sed capiēdo cōiter materiā naturalē: vt subse cōprehēdit oēs alias materias: q̄ nō sūt cōtigētes nec remote: ꝺ̄ sic diffiniri. ¶ Materia naturalis ꝛ habitudo extremoꝝ talis ꝙ ꝑdicatū est aptū natū ꝑdicari de subiecto ꝺ̄ ꝛ affirmatiue ꝛ cēntialit̄ siue accidētalit̄ ꝛ intrāsmutabilit̄ directe siue ĩdirecte. ¶ Quid autē sit ꝑdicari essentialit̄: q̄d ꝑdicari accidētaliter quid intrāsmutabiliter: quid directe quid ĩdirecte videbitur in secundo tractatu.

Regule materie naturalis.

Secundo notādū ē ꝙ adꝯcognoscēdū q̄ ꝓpositiões ponūtur in materia naturali q̄nꝫ ponūtur regule. Pria est ꝙ q̄n termin⁹ vn⁹ coꝛdinationis in recta linea ꝑdicamētali: de seinuicē ꝑdicanꝫ siue directe siue ĩdirecte talis ꝓpō est in materia naturali: vt hō est aīal sortes est hō: suba est petrus. Instātia tm̄ videt̄ eē de ista: de⁹ ē hō: quāliq̄ ponūt ī materia ꝓtingēti: aliq̄ i materia remota. ¶ Scōa regula talis est ꝙ q̄n ꝺ̄ice ꝑdicanꝫ de his quoꝝ sunt ꝺ̄ie: vel ecōtra. vl' etiā diffinitio ꝑdicat̄ de diffinito ꝛ ecōtra: siue sit de inferioꝛib⁹ siue de superioꝛib⁹ talis ꝓpō est ī materia naturali: vt hō est ratiōalis: rationale ē aīal hō est aīal rōnale. ¶ Tertia regula talis est ꝙ q̄n ꝓprīa passio predicat̄ de suo ꝓprio subiecto aut ecōuerso siue de inferioꝛib⁹ siue de supioꝛibus ꝛ ecōuerso: talis ꝓpositio est in materia naturali: vt hō est risibilis risibile est hō. sortes est risibilis. risibile est sortes. aīal est risibile. risibile ē animal. ¶ Quarta regula talis est ꝙ ꝓpositio de est scōo adiacēte: cui⁹ subiectū quod nō est cōnotatiuū ꝓ aliquo supponere pōt respectu illius verbi ē: est in materia naturali: vt homo est. sortes est. ¶ Dicit̄ notāter cui⁹ subiectū ꝓ aliquo supponere pōt qꝛ si nō posset supponere respectu huⁱ⁹ verbi est: tūc talis ꝓpositio esset in materia remota: vt chymera est. ¶ Quinta regula est ꝙ q̄n idē predicat̄ de seipso. vel synonimū de synonimo vel cōuertibile de cōuertibli. dū modo termini ꝓ aliquo supponere possunt talis ꝓpositio est in materia naturali: vt hō est homo. lapis est petra. marcus est tullius.

Declaratur diffinitō materie cōtingentis.

Tertio notandū est ꝙ hic cōsequēter petrus hyspanus diffinit materiaꝫ cōtingētē: et debꝫ diffinitio sic intelligi. Materia contingens est habitudo extremoꝝ adinuicem: talis ꝙ predicatum potest accidentaliter ꝛ vere affirmari et negari de subiecto nō definente supponere vel ecōtra subiectum de ipso: vt homo est albus. homo non est albꝰ. album est homo. ¶ Unde ex ista diffinitione patet ꝙ ille termin⁹ adesse in diffinitione capit̄ vt tm̄ valet sicut predicari vere et affirmatiue et accidētaliter. Et abesse tantū valet sicut ꝑdicari vere negatiue ꝛ accidentaliter. ꝛ sic capiūtur vt sunt termini secūde intentionis. Et illa ꝓticula ꝑter subiecti corruptionem tm̄ valet sicut hoc aggregatum: sine hoc ꝙ subiectum ꝺ̄sinat supponere: ꝛ debet illa particula vltima determinare illud verbū abesse.

Declarat̄ diffinitō materie remote.

Quarto notandum est ꝙ hic consequēter petrus hyspanus ponit diffinitionem materie remote: et debet diffinitō sic intelligi. Materia remota est habitudo extremoꝝ talis ꝙ vnū non pōt sine noua impositione vere ꝛ affirmatiue ꝑdicari de altero mediāte copula de ꝑsenti nō ampliatiua nec ampliata: vt hō est asin⁹. ¶ Dicitur notāter mediāte copula de ꝑsenti. nō ampliatiua nec ampliata: qꝛ he. ꝓpones sunt in materia remota hō est asinus: albū est nigruꝫ ꝛ tm̄ ꝑdicatū pōt cōuenire subiecto mediante copula ampliatiua siue ampliata: vt hō est imaginarie asinus homo imaginat̄ asinus: albū pōt esse nigruꝫ. ¶ Un ad cognoscendū q̄ ꝓpones ponunt̄ in materia remota due regule dant̄. Quarū pria est ꝙ oīs ꝓpō est in materia remota in q̄ termini disparāt ꝑdicātur de seinuicē: siue affirmatiue: siue negatiue. vt hō est asinus hō non est asinus. ¶ Scōa rla est ꝙ oīs ꝓpō est in materia remota. cui⁹ subiectū nō pōt ꝑ aliquo supponere respectu huⁱ⁹ verbi: est: siue talis ꝓpō sit de est scōo adiacēte: siue tertio adiacente: siue sit affirmatiua siue negatiua: vt chymera est: chymera nō ē: chymera est hō: chymera nō ē hō chymera ē chymera: chymera nō est chymera.

Contra dicta arguit̄ ꝓio sic. Hec est ī materia naturali. animal est hō: ꝛ tm̄ ꝑdicatū nō est de diffinitione subiecti nec ꝓprīū eius: q̄ diffinitio est mala. ¶ Scōo arguit sic. hec nō est in materia contingēti: sortes est hō. ꝛ tm̄ ꝑdicatū pōt adesse vel abesse subiecto ꝑter subiecti corruptionē ergo diffinitio ē mala. Ad⁹ ꝺ̄: qꝛ q̄n illud ꝑdicatū ꝺ̄ affirmat̄ de subiecto: tūc illō subsist ꝛ silr q̄n ꝑdicatū pōt adesse ꝛ abesse subiecto ꝑter subiecti corruptionē. ¶ Tertio arguit sic hec nō ē in materia remota hō est. ꝛ tm̄ ꝑdicatū remouet̄ a subiecto cū nō ponatur. q̄ diffinitio materie remote ꝟuenit aliis a diffinito.

Ad primū ꝺ̄ ꝙ ꝫ illa non sit in materia naturali capiēdo stricte hoc aggregatū materia naturalis. tm̄ bn̄ est in materia naturali capiēdo cōiter hoc aggregatū materia naturalis. Uel sic. ꝫ nō sit in materia naturali directe tm̄ bn̄ indirecte siue reductiue. ¶ Ad scōm ꝺ̄ ꝙ dupl'r pōt itelligi ꝙ predicatū pōt abesse subiecto ꝑter subiecti corruptionē. Uno mō absq̄ hoc ꝙ subm ꝺ̄sinat̄ supponere: ꝛ sic negat̄. et illo mō capit̄ in diffinitōe. ¶ Ad tertiū ꝺ̄ ꝙ dupl'r ꝑt itelligi ꝙ ꝑdicatū remouet̄ a subiecto. Uno mō ꝙ nō ponat̄ in ꝓpositione ꝛ sic cōcedit̄ minoꝛ. ꝫ tm̄ illo modo non intelligit̄ in diffinitione. Alio modo ꝙ ponat̄ cū subiecto mediāte copula negata. ꝛ illo mō negatur minoꝛ: ꝛ sic intelligitur in diffinitione.

¶ **Lex siue natura cōtrariarū talis est ꝙ si vna est vera reliq̄ est falsa et nō ecōuerso. Pñt eēm ābe sil'eē false in ꝓtingēti materia vt oīs hō est albus: nullus hō est albus. In natura li ꝛo materia ꝛ remota sp vna est vera: ꝛ reliqua falsa: vt oīs hō est aīal: nullus hō est aīal. Et silr in materia remota: vt oīs hō est asin⁹: null⁹ hō est asinus. Et in materia ꝓtingenti: q̄n ꝑdicatū est accūs inseparabile: vt oīs coꝛuus est niger: nullus coꝛuus est niger. Sꝫ ille q̄ sunt de accīte separabili pñt ambe esse: vt oīs hō est albus nullus homo est albus.**

¶ Circa hunc textum.

Primo notandū est ꝙ ꝫ ꝓpr pe. hys. determinat de legib⁹ oppositionū. Un in ꝓposito lex nō capitur ꝓ rla de opationib⁹ humanis: docēte modū bene viuēdi: sed capit̄ hic ꝓ rla de mō oppōnis ꝓpositionum oppositarū. Et pr⁹ auctor determiat de lege cōtrariarū. Unde lex ꝺ̄iarū talis est ꝙ nō est possibile ꝙ contrarie ꝓpones mere: deinesse sint sil' vere. ¶ Unde ille ꝓpones dicūtur pticipare legē ꝺ̄iarū q̄ sunt cathegoꝛice. vtroq̄ termino pticipātes ꝼm cundē oꝛdinē q̄b⁹ ꝙ tū est de forma repugnat ꝙ sint sil' vere: ꝛ non repugnat ꝙ sint sil' false. Et ad hoc ꝙ alique ꝓpones dicātur pticipare legē cōtrariarū nō opꝫ ꝙ ambe sint vles ꝫ pñt ambe eē singulares: vt iste due oēm equū videt sortes: ꝛ nullū equū videt sortes pticipāt legē contrariaruꝫ qꝛ ille non possunt esse sil' vere: ꝫ bene pñt sil' eē false. Aliqn etiā vna est vlis: ꝛ alia singularis. ꝛ tm̄ pticipāt legē ctrariarū. qꝛ nō pñt sil' eē vere. ꝫ bene pñt. sil' eē false. vt iste due. nullus hō currit ꝛ iste hō currit. Et de istis aliq̄ alia dicēda sunt q̄ videbunt̄ in lib. peryar.

Secundo notandum est ꝙ due ctrarie mere de inesse: in nulla materia pñt simul eē vere. Cuius rō est: qꝛ si due cōtrarie mere de inesse eēnt simul vere seq̄retur ꝙ due ctradictorie eēnt sil' vere: ꝫ̄s ē falsuꝫ ꝛ impossibile. ꝛ cōtra primū principiū. ergo ꝛ illud ex quo seq̄tur. s. ꝙ due ctrarie sint sil' vere. ꝫ̄a pꝫ qꝛ ad vl'em affirmatiuā in ꝓpōnib⁹ mere de inesse seq̄tur pticularis affirmatiua: ergo si vl'is affirmatiua erit vera pticularis affirmatiua erit vera q̄ est ꝺ̄dictoria vl'is negatiue. q̄ etiā pōt̄ ꝙ: ꝛ sic due ꝺ̄dictorie eēnt sil' vere. Silr ad vl'em negatiuā seq̄tur pticularis negatiua: ergo si vl'is negatiua est vera particularis negatiua erit vera. qꝛ ex ꝙ nō seq̄tur ni si verū in ꝓpōnib⁹ nō habētib⁹ supp̄ reflexionē. Et etiā vl'is affirmatiua ponit̄ vera: q̄ est cōtradictoria particularis negatiue ꝛ sic iteruꝫ due ctradictorie eēnt sil' vere vt si iste due sint simul vere q̄libet hō est albus ꝛ nullus hō est albus ista ꝓpō quidā hō est albus q̄ seq̄tur ad istam q̄liber homo est albus: stabit in veritate cū ista nullus hō est albus q̄ est sua ctradictoria. Silr ista ꝓpō quidā homo nō est albꝰ que seq̄tur ad istam: nullus hō est albus stabit in veritate cū ista oīs hō est albus que est sua

Universidad de Deusto
Biblioteca

contradictoria per illam r'lam. Quicquid stat cum antecedente stat cū cōsequente.

Tertio notandū est q̄ ꝑpones cōtrarie in materia cōtingenti ꝑñt simul esse falsę.ꝑz sic. Posito casu q̄ sortes currat & plato nō currat.tūc iste due ois hō currit & nullus homo currit sunt simul falsę. Jsta enī ois homo currit est falsa:q: plato non currit. Et ista ē falsa nulli hō currit:q: sortes currit. Sz in materia naturali:& remota non possunt sil'e falsę si ꝑpões sint de ineſſe de ꝑsenti & de predicatione directa ꝑz sic:q: nisi sic ſeq̄ret q̄ due ꝯtradictorie eēnt sil'falsę ꝑñs est impossibile.& ꝯtra primū principiū ergo & añs. s. q̄ due ꝯtrarie ꝑñt sil'e falsę in materia naturali & remota.ꝑña ꝑz q: i materia naturali & remota de ineſſe & de ꝑsenti & de ꝑdicatōe directa ꝑticularis eq̄ualet vli:ergo si vlis est falsa ꝑticularis erit falsa. Et sic oēs ꝑpones de q̄tuor angulis erūt sil'falsę.& per ꝑñs due ꝯtra dictorie erūt sil'falsę. ¶ Dr notāter de ineſſe q: modales bene ꝑñt sil'e falsę i materia naturali & remota.& iste due ois hō necessario ē aīal.& ois hō necessario nō est aīal.q: ambe sūt sil'falsę. Sil'r iste.oē albū necessario est nigrū. & oē albū nēcio nō est nigrū. ¶ Dr notanter de ꝑnti:q: ꝑpones ꝑrie de ꝑterito & de futuro ꝑñt sil'e falsę in materia naturali & remota:vt ꝑz de istis.ois hō fuit aīal & nullus hō fuit aīal:posito casu q̄ sit vnus hō qui nūc ꝑio habeat eē. Sil'r de istis:oē albū fuit nigrū: et nullū albū fuit nigrū.posito casu q̄ iaz sit vna res alba q̄ nūq̄ fuit nigra. ¶ Dicit notāter de predicatione directa.q: depdicatiōe indirecta cōtrarie possunt sil'esse falsę in materia naturali.vt ꝑz de istis ois substātia est homo nulla substātia est homo.

R'la arguēdi leg⁹ ꝑrie

Quarto notandū est q̄ cū dr: in textu si vna contrariarū est vera:reliq̄ est falsa.hoc dz sic intelligi. Si vna cōtrariarū est vera:tūc alia si formetur ē falsa. ¶ Ūn ex isto textu elicitur talis r'la q̄ si ſp talis ꝑña est bona q̄ñ formatur.ista ꝑpō est vera & hz cōtrariā.ergo cōtraria est falsa & nō ecōuerso hoc est. Jsta ꝑña nō est bona hec ꝑpositio est falsa & hz cōtrariā.ergo cōtraria est vera. Rō prime ꝑtis regule ꝑzin scōo notabili.& ratio secunde partis patet in tertio.

Contra dicta ꝑrio sic arguitur. Jste sunt sil'vere.ois hō est totū in ō̄nitate:& nullus hō est totū in ō̄nitate.& tñ sunt cōtrarie.ergo cōtrarie possunt sil'eē vere.mino: ꝑz:q: vna est vlis affirmatiua & alia vlis negatiua eiusdē subiecti & eiusdez predicati.ḡ sunt cōtrarie. ¶ Scōo sic arguit. Jste sunt cōtrarie ois hō est mulier:& nullus hō est mulier:& tñ possibile est q̄ sint sil'vere: ergo male diffinitur ler ꝯtrariarū. ¶ Tertio sic. Jsta ꝑpō ois hō currit pōt esse vera & sil'r ista pōt eē vera nullus hō currit & tñ sunt cōtrarie.ḡ contrarie possunt simul esse vere.

Ad primū dr: distinguendo maio:ē: q: hoc aggregatū ois homo & hoc aggregatū nullus hō.possunt teneri materialiter ꝑ terminis vl'r captis.& sic ꝓcedit maio:& negatur m no:. Vel ꝑñt teneri significatiue & personaliter:& sic negatur maio:& cōceditur mino:. ¶ Ad scōm dicitur negādo maio:ē:q: subiecta nō stant eque restricte. q: hō in affirmatiua stat ꝑ viris & mulieribꝰ.et in negatiua stat solū ꝑ viris:rōne illius signi vlis null' qđ est masculini gīnis. ¶ Ad tertium dr: distinguēdo ꝑñs eo q̄ illa determinatio sil'pōt determinare illud vbū pōt.& sic cōceditur totū argumentū. Et sensus ꝓseq̄ntis tūc est iste:q: ꝯtrarie habēt sil'potentiā vt sint vere in diuersis tpibus. Vel pōt determinare hoc aggregatū eē vere:& sic negat cōsequntia q: tūc sensus consequētis est iste. hec ꝑpō est possibilis.contrarie sunt simul vere.

¶ Lex siue natura subcōtrariarum talis est:q̄ si vna est falsa reliqua est vera:& nō ecōtra. Ꝑñt enīz ambe sil' esse vere in contingenti materia vt q̄ dam hō est albus quidaz hō non est albus. Ūñ lex subcōtrariarū contrario mō se hz legi cōtrariaruz. ¶ Lex siue natura ꝯtradictoriarū talis est: q̄ si vna ē vera reliqua est falsa:& nō econuerso. In nulla enī materia ꝑñt eē sil'vere aut falsę: vt si ista sit vera ois hō scire desiderat.tunc sua ꝯtra dictoria est falsa:q̄dā hō nō scire desiderat. ¶ Lex siue natura subalternarū talis est q̄ si vlis sit vera sua ꝑticularis erit vera:& non econuerso. ꝑōt enī ꝑticularis eē vera sua vlis existēte falsa:& nō ecōuerso. vt q̄daz hō est albus ois hō est albus. Sz si particularis est falsa;vlis erit falsa & non econuerso.

Lex subcōtrariarum,

Lex ꝯtradictoriarum,

Lex subalternarum.

¶ Circa hunc tertum.

Primo notādū est q̄ lex siue natura subcōtrariarū talis est q̄ subcōtrarie mere de ineſſe ꝑpones nō ꝑñt sil'eē falsę. Cuius rō est q̄ si due subcōtrarie essent sil'falsę seq̄retur q̄ due cōtradictorie ꝑpones eēnt sil'falsę ꝑñs est falsum. et impossibile: ḡ et añs cōseq̄ntia ꝑz:q: ꝑticularis seq̄tur ad vlem. ḡ si particularis est falsa.vlis erit falsa. cuz ꝑñs falsum nō seq̄tur et añte vero. Et sic vlis affirmatiua & ꝑticularis negatiua q̄ sunt cōtradictorie eēnt sil'falsę. ¶ Jsta tñ rō non hz locū in ꝑpōibus de cōtingēti spāliter capto in quibus due ꝑrie possunt sil'eē vere & due sub cōtrarie falsę.vt videbiť in fine ꝑmi tractatꝰ Ūñ ille ꝑpones dicunť ꝑticipare legē subcōtrariarū q̄ sic se hñt q̄ cū sint eiusdē subiecti & ꝑdicati & sic de aliis cōditiōibꝰ q̄ tū est de forma earū repugnat eis q̄ sint simul falsę.

Ꝓpō legis subcōtrarie

Que partis ꝑcipāt leges subcōtrariarum. Regl'a argūendi istꝰ legis.

Que partis ꝑcipāt leges ꝯdictoriaꝝ

Regl'e argūendi istꝰ legis.

Expositō legis subalternę.

R'le argueūdi huiꝰ legis

Secundo notādū est. q̄ circa legē subcōtrariarū assignať talis regula q̄ semp talis cōsequētia ē bona.ista ꝑpō ē falsa q̄ñ formať.& hz subcōtrariā.ḡ sua subcōtraria ē vera. Rō huiꝰ r'le dicta ē in ꝑmo notabili Unde due subcōtrarie ꝑñt sil'eē vere in materia cōtingēti. vt ꝑz de istis.q̄dā hō currit.& q̄dā hō nō currit.Sz nō ē possibile q̄ i materia naturali & remota due ꝑpones subcōtrarie.ō ineſſe.de ꝑnti.& de ꝑdicatiōe directa sint sil'vere Cuius rō est q: si sic seqūtur q̄ ꝯdictorie eēnt sil' vere ꝑñs ē falsū.ḡ & añs.ꝓsequētia ꝑz q: i materia naturali & remota ꝑticularis ꝑpō de ineſſe de ꝑsenti.& de ꝑdicatiōe directa equiualet vli affirmatiue et' subalterne.ḡ si ꝑticularis affirmatiua sit vera ops q̄ vlis affirmatiua etiā sit vera.& cū hoc ꝑticular' negatiua.q̄ ꝯdicit vli affirmatiue. Et sicut declarať q̄ ꝑticularis affirmatiua i materia naturali & remota equalet vli affimatiue et' subalterne.sic etiaz pōt declarari q̄ ꝑticular' negatiua equiualet vniuersali negatiue et' subalterne in materia naturali & remota.

Tertio notandum est q̄ ler ꝯdictoriaruz talis ē q̄ ꝯdictorie nō possunt sil' esse vere.nec sil'falsę. Et istō nō indiget ꝑbatione cū ipm sit ꝑmū ꝑncipiū. Ūñ ille ꝑpones dicūtur ꝑticipare legē ꝯdictoriaꝝ q̄ sic se hñt q̄ sūt ꝑpones ꝑticipātes vtroq̄ terio ſm cūdez ordinē.q̄rū vna ē affirmatiua & alia negatiua q̄b' q̄tū ē de forma eaꝝ repugnat q̄ sint sil'vere et falsę. Ūñ ler ꝯdictoriaꝝ bñ cōuenit ꝑpōnibus nō ꝯdictorijs vt istis hō currit & idē hō nō currit:q: ille nō ꝑñt esse sil'vere nec sil' falsę ¶ Ūñ circa legē ꝯdictoriaꝝ due dantť regle Quarū ꝑma est q̄ bene ſequitur. Jsta ꝑpō est vera q̄ñ formať & hz ꝯdictoriā.ḡ et' ꝯdictoria ē falsa. ¶ Scōa regula ē q̄ bene ſequitur. Jsta ꝑpositio est falsa quādo formatur & hz cōtradictoriā ergo contradictoria et' est vera.

Quarto notādū est q̄ ler subalternaruz talis est.q̄ subalterne ꝑpones possunt sil'esse falsę.& ꝑñt simul eē vere. Cuius ratio est.q: particularis seq̄tur ad vniuersalē ergo si ꝑticularis est falsa vlis est falsa.q: si cō sequēs est falsuz antecedēs est falsuz. Et sil'r si vlis est vera ꝑticularis erit vera:q: ex vero non seq̄tur nisi verū. vnde ꝑticularis pōt esse vera vli exīte falsa in materia ꝓtingēti sicut ꝑz de istis ois hō est alb'.& quidā hō est alb'. Sz in materia naturali & remota dūmō ꝑticularis sit de ineſſe de ꝑsenti.& de ꝑdicatione directa tūc nō pōt eē vera vli exīte falsa:q: ipa equalet vli. ¶ Unde circa legē subalternaꝝ due regule dātur.Quaꝝ ꝑma ē q̄ talis ꝓsequētia est bona.Subalternās est vera.ergo subalterna si formeť est vera & nō econtra.vt si hec est vera ois hō currit tunc etiam illa erit vera quidam homo currit.si formetur:quia ipsa sequitur ad ꝑmam. ¶ Secunda regula talis est q̄ hec consequentia est bona subalterna est falsa ergo subalternans si formetur est falsa et non econtra quia si consequēs est falsum ita & antecedens

Contra dicta ꝑmo sic arguiť. Jste sunt subcōtrarie:aīal ē genus:& aīal nō est gen'.& tamē sūt simul falsę.ergo due ſb cōtrarie possunt sil'esse falsę. Mino: ꝑz quia ista ē falsa:aīal ē gen':cū et' ꝯdictoria sit vera scz nullū aīal est gen'. Et sil'r ista est falsa aīal nō est gen':q: aīal ꝑdicať in q̄d de pluribꝰ spē differētibꝰ. ¶ Scōo arguitur ꝓtra legē cōtra dictoriaꝝ.iste sunt simul vere sortes est homo & de' est & tamē sunt ꝯdictorie istaꝝ sortes nō est homo & nullꝰ de' est.ergo ꝯdictorie possunt sil'esse vę. ¶ Tertio sic arguiť ꝓtra legē subalternarū vlis pōt esse vera ꝑticulari nō existente ergo male dicitur q̄ vniuersalis nō potest esse vera quin particularis sit vera.

Ad primū dr: distinguēdo maio:ē q: vl fbiecta i ābab' accipiuntur ſm eandē suppositionem & sic cōceditur maior & negatur mino:: vel accipiūtur ſm diuersas suppōnes & sic negať maio: & cōcedit mino: & etiā negať ꝓsequētia. ¶ Ad scōm dr: negādo ꝑñam q: ter. itelligiť de ꝯdictorijs iter se:& nō de duabꝰ ꝑpōnibꝰ que nō ꝯdicūt inter se lz ꝓtradicāt alijs. ¶ Ad tertiū dr: concedēdo añs & negādo ꝑñaz.q: ter.sic itelligiť.si vlis est vera ꝑticularis sua si formetur est vera.

Diuisio cōuersionis ꝑ positionuz.

¶ Lem ꝓpōnuz catbegoricarum vtroq̄ termino participantiū:ordine ecō uerso triplex est conuersio scilicet triplex per accidens:et ꝑ contrapositionem.

¶ Circa hunc textum.

Primo notandū est q̄ hic ꝓseqūnter ꝑpbꝰ determinat de cōuersionibꝰ ꝓpositionū. Unde iste terminus cōuersio capitur duobꝰ modis. Uno mō vt est terminus ꝓme intentionis: & hoc mō dz capi q̄ñ dr: q̄ malum cōuertitur in bonū & aqua cōuertitur in vinū.& illo mō capitur in ꝑposito. Alio mō capitur vt est terminus scōe intentionis. Et hoc mō adhuc capitur dupl'r. Uno mō vt attribuiť terminis:& sic iste terminus cōuersio tñ vz sicut hoc cōplexū termini verificabiles de seimicē vl'r & affirmatiue.& isto mō nō capitur in ꝑposito.& isto mō capiť q̄ñ dr: q̄ hōr risibile cōuertunť. Alio mō vt attribuiť ꝑpōnibꝰ:& isto mō capitur in ꝑposito ſm aliquā acceptionem eius.

Acceptiōes de ly cōuersio.

Secūdo notandū est q̄ iste terminꝰ conuersio vt attribuiť ꝑpōnibus adhuc capitur triplr. vno mō vt attribuiť ꝑpōnibus cōpositis ex terminis cōuertibilibꝰ & silr ꝑpōnibꝰ mutuo se inferētibꝰ ſm veritatē & falsitatē.& isto mō capiť cū dr: q̄ iste due ꝑpōnes cōuertūtur:ois hō est aīal:& oē risibile est aīal.sed isto mō nō capitur hic. ¶ Alio modo capitur ꝓ cōuersiōe in oppositā qualitatē & isto modo etiā non capitur hic. Quid aūt sit cōuersio in oppositā qualitatē videbiť in ꝑmo lib.ꝓioꝝ aristo. ¶ Tertio mō capiť

Quō cōuersio ꝑpōnis attribuitur

p cõuersiõe ppositionũ in termis. ⁊ illo mõ capitur in ppõsito. vñ cõuersio ppõnũ in terminis fit p trãsmutationẽ subiecti i predicatũ ⁊ eõ

Quotuplex est cõuersio ppõnis in terminis.

Tertio notandũ est q cõuersio ppõnũ in termis capit dupliciter. Uno mõ large, p omi ꝺña bona siue formali siue materiali cui⁹añis ⁊ cõsequẽs pticipãt vtroq; terio ordine ecõuerso: ⁊ isto mõ capit a Pe.hysl. qñ dicit q sunt tres spẽs cõuersiõis. hoc est sunt tres termini nõ coincidẽtes i significãdo sm suas rationes formales ois cõuersiones mũdi significãtes ⁊c. ¶ Alio modo capitur stricte, p omni ꝓsequẽtia bona ⁊ formali cui⁹añis ⁊ ꝓsequẽs participãt in extremis ordine ecõuerso. ⁊ sic nõ sunt nisi due spẽs cõuersionis. s. cõuersio simplex ⁊ cõuersio p accñs. ⁊ isto mõ cõuersio p ꝺtrapositionẽ nõ est cõuersio: qz nõ est cõsequẽtia formalis: ex quo nõ tenet qñ p

Quõ nõ tenet cuersio p ꝺpositõez

dicatũ illi⁹ ppositionis que ꝺz cõuerti est terminus trãscendẽs: ⁊ hoc quo ad vl'em affirmatiuã vt nõ sequit: ois hõ est exñs. ergo oẽ non exñs est nõ hõ. ¶ Similiter nõ tenet qñ subiectũ est termin⁹, p nullo supponẽs: ⁊ hoc quo ad ptcularẽ negatiuã: vt nõ sequit aliq̃ chimera nõ est hõ: ergo aliq̃s nõ hõ nõ est nõ chimera: ex quo prima est vra ⁊ scda falsa: qz eiꝰcõtradictoria est vra. s. ois nõ hõ est nõ chimera: qz est vlis affirmatiua in q̃ superi⁹ predicat de suo iferiori. ¶ Nõ tenet etiã i teris diuinis nisi debite fiat: vt nõ sequitur ois eẽntia diuina est filius. igit⁹ ois nõ filius est nõ eẽntia diuina: qz pat est nõ filius: ⁊ tñ nõ est nõ eẽntia. ¶ Itẽ nõ tenet nisi copule añcedẽtis addat hec ptcula: in qualibet pte tpis. vt nõ sequit: ois asinus ẽ currẽs: igit⁹ oẽ nõ currẽs est non asinus

Diffinitio cõuersionis

Quarto notãdũ est q capiẽdo illũ terminũ cuersio large: sicut capit pe.hysl. ꝺz sic intelligi. Cõuersio ẽ duaꝝ ppõnũ cathegoricaꝝ vtroq; terio pticipãtium ordine ecõuerso vni⁹ ad aliã materialis vl' formalis ꝺña. Sed stricte capiẽdo illũ terñ cõuersio ꝺz sic describi. Cõuersio ẽ ppõnũ cathegoricarũ vtroq; terio participãtiũ: ordine econuerso. vni⁹ ad aliã formalis ꝺña. ¶ Añ ad cõuersionẽ tria reqrũtur. s. cuersa. cuertẽs. ⁊ nota illatiõis. Cõuersa est añis ⁊ ppõ q̃ cõuertit. Et cõuertẽs est ꝺnis ⁊ ppõ p quã alia cõuertitur. Sz nota illatiõis ẽ cõiũctio denotãs vnã ppõnẽ sequi ad aliã. Quid añt sit, cõsequẽtia ⁊ quõ diuidit q̃d sit ꝺña materialis. ⁊ q̃d ꝺña formalis. videbit in paruis logicalibus.

Ad cõuersionẽ tria reqruntur.

Contra dicta ꝓio sic arguit. Cõuersio ẽ mutatio vni⁹ rei ad aliã rẽ. sz in ppõnib⁹ non est mutatio vni⁹ rei ad aliã rẽ ergo in ppõnibus nõ reperitur cõuersio. ¶ Secũdo sic arguit. cõuersio est passio terminorũ cõuertibiliũ sed talis passio nõ cõuenit ppositionib⁹. ergo ppõnibus nõ cõuenit cõuersio. ¶ Tertio arguitur sic. conuersio est consequẽtia formalis. sed conuersio per cõtrapositiones nõ est ꝺña formalis q̃ cõuersio p ꝺtrapositionem non est conuersio et per consequens male dicit q sunt tres spẽs conuersionis.

Ad primũ dicit distinguendo maiorẽ vel capiẽdo illũ terminũ cõuersio. vt est nomẽ prime intentionis. ⁊ sic cõceditur maior vel capiẽdo istũ terminũ cõuersio vt est nomẽ secũde intentiõis ⁊ sic negatur maior. ¶ Ad scõm dicit distinguẽdo maiorẽ quia cõuersio põt capi dupliciter. Uno modo ꝓ cõuersione que reperitur in terminis conuertibilib⁹. ⁊ sic conceditur maior. alio mõ vt attribuitur ppositionibus ⁊ sic negat maior. ¶ Ad tertiũ dicit etiã distinguẽdo maiorem vel capiendo cõuersionem stricte. ⁊ sic cõcedit maior. vel capiendo conuersionem large. ⁊ sic negatur maior.

Quid ꝺuersio simplex,

¶ **Conuersio simplex est qñ fit de subiecto predicatũ et de predicato subiectũ manẽte eadẽ qualitate ⁊ q̃titate. Et hoc mõ cõuertit vlis negatiua in seipam. ⁊ pticularis affirmatiua in seipam vt null⁹ hõ est lapis: ergo nullus lapis est hõ q̃dã hõ est aial. ergo quoddã aial est homo.**

¶ Circa hunc textum.

Declarat diffinitio cõuersiõis simplicis

Primo notãdũ est q hic cõsequẽter pe. hysl. ponit diffinitionẽ cõuersionis simplicis. q̃ ꝺz sic intelligi. Cõuersio simplex est duaꝝ ppõnũ cathegoricaꝝ vtroq; termino pticipãtiũ: ordine ecõuerso similiũ q̃litatũ ⁊ q̃titatũ vni⁹ ad aliã formalis cõsequẽtia Añ formalis cõsequẽtia ponit loco gñis. et totũ residuũ ponit ad ꝺfiam cõuersionis p accidẽs. ⁊ cõuersiõis p ꝺpositionẽ. Añ cõuersio simplex nõ dicitur simplex. qz non est cõposita cũ sic nulla esset cõuersio simplex: cũ quelibet cõuersio est cõposita ex cõuersa ⁊ cõuertẽte et nota illationis. sz ꝺz ex eo simplex qz fit per solam transpositionẽ terminorũ remanente eadem qualitate ⁊ quantitate.

Quare dicitur cõuersio simplex.

Quid cõuersio ꝓprie ⁊ ꝓprie dicta,

Secundo notãdũ est q duplex est conuersio. s. cõuersio ꝓprie dicta ⁊ ꝺpropꝛie dicta. Cõuersio ꝓprie dicta ẽ illa in qua de subo cõuerse fit predicatũ conuertentis. ⁊ de predicato cõuerse fit subiectũ cõuertentis nihil addendo vel remouendo qõ se tenet a parte subiecti vel predicati. Cõuersio ꝺpropꝛie dicta est illa in qua fit additio vel remotio alicuius in subiecto vel predicato conuerse vel conuertentis. Unde aliqua vniuersalis negatiua debet conuerti simplr conuersione ꝺpropꝛie dicta. puta illa que est de predicato singulari. vt ista. nullus asin⁹ est socrates. debet sic cõuerti cõuersione ꝺpropꝛie dicta. ergo nullũ ens qõ est socrates est asin⁹. ibi in prima iste termin⁹ socrates erat solũ predicatũ. ⁊ in cõuertẽte non ẽ solũ subiectũ sed pars subiecti: cũ hoc totum sit subiectũ ens quod est socrates. Sed illa ppositio non debet seu nõ potest cõuerti simpliciter cõuersione ꝓprie dicta sed per accñs debet cõuerti cõuersione ꝓprie dicta in istã. socrates non est asinus.

Que ppõnes cuertũtur simplr.

Tertio notãdum ẽ q sm istã cuersionem vt dicit Pe.hysl. cõuertitur vlis negatiua ⁊ pticularis affirmatiua: qõ ꝺz sic intelligi dũmodo vlis negatiua ⁊ pticularis affirmatiua sint de inesse: de pñti ⁊ de mõ loquẽ di cõsueto: in quib⁹ ꝓdicatum est termin⁹ cõis nõ sumptus cũ aliquo sincathegoreumate in quibus a pte subiecti nõ ponitur aliqua alia restrictio ꝺmodo sint de terminis rect⁹ nõ ampliatiuis: tũc debẽt conuerti simplr cõuersione, ꝓprie dicta. ¶ Dicitur notãter de iesse ꝓpter ꝓpones modales de quib⁹ nõ est hic ad ꝓpositum: sz de ipsis videbitur in libro ꝓio. Aristotelis ¶ Dicitur notãter de pñti, ꝓpter illas de ꝓterito ⁊ de futuro: que vt in pluribus conuertũtur cõuersione ipropꝛie dicta. ¶ Dicitur etiã de modo loquẽdi cõsueto ad removendum, ppones de mõ loquẽdi incõsueto: vt nõ sequitur ois sol planeta nõ est. q̃ ois planeta sol nõ est: nec seq̃tur ois hõ aial nõ est. q̃ omne aial hõ non est. ¶ Et ꝺ: notãter in quibus ꝓdicatus est termin⁹ cõis ꝓpter ꝓpones in quib⁹ ꝓdicatus est termin⁹ singularis q̃ non possiunt cõuerti simplr cõuersione, ꝓprie dicta vt ostẽsum est in scõo notabili. ¶ Deinde ꝺ: nõ sumptus cũ aliquo sincathegoreumate, propter ꝓpones istas. null⁹ hõ est oẽ aial. nullus asinus est oẽ aial: ⁊ sibi similes que nõ cuertuntur cõuersione simplici ꝓprie dicta: sz bñ cuersione simplici ipropꝛie dicta: vt nõ seq̃tur nullus hõ est oẽ aial. ergo oẽ aial nõ est hõ. sz bñ sequitur. null⁹ hõ est oẽ aial. q̃ nihil qõ est oẽ aial est hõ. ¶ Deinde ꝺ: in quib⁹ a pte subiecti nõ ponitur aliena restrictio ꝓpter talez ꝓpõnem. nullus hõ est mulier: q̃ etiaz nõ cuertitur ꝓprie: sz impropꝛie cõuertitur sic. q̃ nulla mulier est aliquis hõ. Et illud signũ scz aliqs additur ꝓdicato cuertẽtis vt ille terminus teneatur eq̃ restricte in cuertẽte sicut in cuersa. ¶ Et ꝺ: notãter de terminis rectis ꝓpter tales ꝓpones de teris obliqs vt null⁹ panis ẽ in furno q̃ non cuertit, ꝓprie: sz ipropꝛie p istam nullũ existẽs i furno ẽ panis. ¶ Dr vltio nõ ampliatiuis ꝓpt tales ꝓpões hõ ẽ generãd⁹ nullũ mortuũ hõ est q̃ cuertitur ipropꝛie ⁊c.

Conditões cõuersionũ generales.

Quarto cuersiones tã ꝓprie dictas q̃ impropꝛie dictas: tã simplices q̃ p accidẽs septem ꝺditiões debẽt obꝛuari. ¶ Prima ẽ q obseruek ꝺgruitas: ⁊ tõ ista null⁹ vir est mulier nõ ꝺz sic conuerti. q̃ null⁹ mulier est vir: cuz illa sit incõgrua: sed ꝺz sic cõuerti. q̃ nulla mulier est vir. ¶ Scda conditio est q termini teneantur eque ample in cuertẽte sicut in cuersa: ⁊ ꝓpter hoc ista ꝓpõ quidam hõ fuit aial non ꝺz sic cuerti. q̃ qõdam aial fuit hõ: qz termini non tenẽtur eque ãple: sed ꝺz sic cõuerti. ergo aial quod fuit est vel fuit hõ. ¶ Tertia conditio est q supplẽatur ea q̃ sunt supplẽda: ⁊ ideo ista ꝓpõ scholaris est in scholis: non ꝺz sic conuerti. q̃ in scholis est scholaris: sz sic. q̃ ens in scholis est scholaris ¶ Quarta ꝺditio est q termini supponãt sm idem genꝰ suppõnis: ita q terminus psonaliter captus in vna ꝓpõne non ꝺz capi materialiter. vel simplr in alia: nec econtra. ⁊ tõ ista ꝓpõ homo est nomẽ non ꝺz sic cuerti. q̃ nomen est hõ. sed ꝺz addi signum suppõnis materialis siue simplicis scz ista dictio ly: vt dicẽdo. q̃ nomen est ly homo. ¶ Quinta ꝺditio est q termini aliq̃n debent resolui anteq̃ ꝓpõ cuertatur: vt hõ currit: nõ ꝺz sic conuerti. q̃ currit hõ. sed opz q primo ẋbum adiectiuũ resoluat in hoc ẋbum est ⁊ in suum pticipium. q̃ ꝺz sic conuerti. q̃ currẽs est hõ. ¶ Sexta ꝺditio est q termini teneatur eq̃ restricte in vna sicut i alia. Et nõ ꝺz capi restrictio ꝓprie: sed large: vt sub se comꝓhendit restrictionem ꝓprie dictã alienationem ⁊ remotionem: ⁊ tõ ista ꝓpõ nullus hõ est mulier non ꝺz sic cuerti. q̃ nulla mulier est hõ. sed sic. q̃ nulla mulier est aliquis hõ. Similiter ista hõ est pictus: non ꝺz sic cuerti. q̃ pictum est hõ. sz sic ergo pictũ est homo pict⁹: ⁊ hoc ꝓpter alienationem. ¶ Septima ꝺditio est q ꝺz fieri ꝺterminata applicatio signorũ sm diuersitatem specierum cuersionis: vt ꝓ signo vl'i non ꝺz poni pticulare: nec econtra. Et iste septez cõditiones sunt obseruãde in oi cuersione.

Contra dicta ꝓmo sic arguit. non sequit null⁹ hõ est mulier. q̃ nulla mulier est homo. q̃ male ꝺz: q vl'is negatiua cuertitur simplr in vl'em negatiuã. ¶ Scõo sic arguit. non sequitur aliquis hõ est generãdus. q̃ aliq̃ generãdum est hõ cum añis est verus ⁊ ꝺnis falsum. q̃ male ꝺz: q pticularis affirmatiua cuertit simplr. ¶ Tertio arguit. nõ seq̃tur albũ fuit hõ. ergo hõ fuit albus. sil'r nõ seq̃tur albũ erit nigrũ. q̃ nigrũ erit albũ cum añs possit esse verus ꝺnte existente falso. q̃ male ꝺz: q pticularis siue indefinita affirmatiua conuertũtur simpliciter.

Ad primum ꝺz cõcedẽdo añs ⁊ negãdo ꝺnam: qz ista ꝓpõ ex quo in ea est spãlis restrictio non põt cuerti cõuersione ꝓprie dicta: sz impropꝛie: vt dictum est prius. ¶ Ad scõm ꝺz concedendo añs ⁊ negãdo ꝺnam: qz ex quo illa ꝓpõ est de pdicato ampliatiuo nõ ꝺz sic conuerti: sed sic. q̃ q̃ est generãdum est vel erit hõ. ¶ Et est ꝓ regula gñali tenẽdum q qñ ꝓdicatus est pticipium futuri tpis: tũc in cuertẽte copula ꝺz esse hoc disiũctum est vel erit. ⁊ qñ ꝓdicatum est pticipium ꝓteriti tpis: tũc copula in cuertente ꝺz esse hoc disiũctum est vel fuit. ¶ Ad tertium ꝺz concedendo añs ⁊ negãdo ꝺnam: qz ille ppões non debẽt sic cõuerti: sed sic. Albũ fuit hõ. ergo q̃ fuit hõ est vel fuit albus: ⁊ album erit nigrũ. ergo illud q̃ erit nigrum est vel erit album. ¶ Añ in cõuertendo ꝓpões de ꝓterito debemus addere ꝓdicato conuerse hoc aggregatus q̃ fuit qñ ipm ponitur ꝓ subiecto conuertẽtis: ⁊ loco copule cõuertentis ꝺz poni hoc aggregatus est vel fuit. Similiter in conuertẽdo ꝓpões de futuro debemus addere ꝓdicato cõuerse hoc aggregatus q̃ erit quãdo ipm ponitur ꝓ subiecto cõuer-

Regula ampliationis.

Documentũ optimũ

Universidad de Deusto

rentis: ⁊ loco copule conuertentis debet poni hoc aggregatum est vel erit. Exemplum primi: vt homo fuit animal: ergo animal quod fuit est vel fuit hō. Exēplum secūdi: vt hō erit aīl: ergo aīal qō erit est vel erit homo.

Quid conuersio p accidens

¶ Conuersio per accidens est facere de subiecto predicatum: ⁊ de predicato subiectum: manente eadem qualitate: sed mutata quātitate. Et hoc modo cōuertitur vniuersalis affirmatiua in particularem affirmatiuam: vt oīs homo est animal: ergo qōdam animal est homo. Et vniuersalis negatiua in particularem negatiuam: vt nullus homo est lapis: ergo quidam lapis nō est homo.

¶ Circa hūc textum.

Intellect⁹ diffinitiōis cōuersionis p accidēs.

Primo notādum est ꝙ hic consequenter Per. hyspa. ponit diffinitionem conuersionis p accidēs que sic debz intelligi. Conuersio p accidens est duaꝝ ꝓpositionum cathegoricaꝝ eiusdem qualitatis ⁊ diuerse q̄titatis vtroq; termino participātium ordine econuerso vnius ad aliaz formalis consequentia. Et dicitur ista conuersio p accidens eo ꝙ mutatur quātitas ⁊ hoc modo cōuertitur vniuersalis negatiua ⁊ similiter vniuersalis affirmatiua. dūmodo vniuersalis negatiua sit cathegorica de ieſſe: quia alique vlēs modales negatiue non conuertūtur per accidens: vt vi debitur in libro primo priorꝝ.

Que ꝓpōnes cōuertūtur per accidens.

Secundo notādum est ꝙ vniuersalis siue affirmatiua siue negatiua conuertitur in particularem conuersione p accidens ꝓprie dicta vel improprie dicta. Sed si debeat cōuerti conuersione ꝓprie dicta in particularem oportet ꝙ sit de inesse: de p̄senti: de predicato cōmuni: de terminis non ampliatiuis nec aliene restrictis cuius p̄dicatum non capitur cū aliquo sincathegoreumate. ¶ Dicitur notāter de p̄senti ad differētiam ꝓpositionum de p̄terito ⁊ de futuro. ¶ Dicitur notanter de ineſſe ad differētiam aliquaꝝ modalium. ¶ Dicitur de p̄dicato cōmuni ad differentiam ꝓpōnum que sunt de p̄dicato singulari. ¶ Dicitur notāter de termis nō ampliatiuis ad differētiam vniuersaliū quaꝝ subiecta vel p̄dicata sunt termini āpliatiui. ¶ Dicitur nec aliene restrictis ad differētiam vniuersaliuz: quaꝝ subiecta vel p̄dicata aliene restringūtur. Dr notāter cuz p̄dicatum nō capitur cuz aliquo sincathegoreumate ad differentiam illarum propositionum quarum predicata accipiuntur cum aliquo sincathegoreumate. Et omnium istorum visa sunt exempla in lectione precedēti.

Tertio est notādum ꝙ p̄m istam cōuersionem nō solum cōuertūtur vniuersales affirmatiue ⁊ vniuersales negatiue; sed etiam particularis affirmatiua ⁊ indefinita affirmatiua que sunt de p̄dicatis singularib⁹: vt quidam homo est sortes: ergo sortes est homo: ⁊ similiter homo est sortes: ergo sortes est homo. Similiter singularis cōuertitur p accidens si sit de p̄dicato cōmuni: vt sortes est homo: ergo hō est sortes. Qd autem in istis sit cōuersio p accidēs ptz p diffinitionem cōuersionis p accidēs. ¶ Et sic arguatur Pet. hyspa. dicit ꝙ pticularis ⁊ indefinita cōuertūtur simpliciter ⁊ similiter singularis: ergo nō possunt cōuerti p accidēs. ¶ Ad hoc dicitur cōcedendo antecedēs ⁊ negādo cōsequētiam: qz Petrus hyspanus nō dicit ꝙ solum conuertūtur cōuersione simplici. Etiam nō dicit ꝙ omnes particulares similiter indefinite singulares conuertātur simpliciter.

Regula cōuersionis p pōnuz de vbo īpsonali

Quarto notādum est ꝙ ꝓpositiones de vbo impsonali anteq̄ debeant cōuerti debēt resolui in vnaz ꝓpōnem de verbo psonali: ⁊ tunc sicut illa de vbo personali conuertitur: ita etiam illa de vbo impersonali: vt ista tedet animam meam vite mee. debz primo resolui in istam anima mea habet tedium de vita mea: ⁊ ista sic cōuertitur: ergo habens tedium de vita mea est aīa mea: ergo prima: scz tedet aīam meam vite mee. dz cōuerti in istam. habēs tedium de vita mea est anima mea. ¶ Similiter ista propō legitur. dz sic resolui. lectio fit ⁊ illa sic cōuertitur. ergo qō fit est vel erit lectio. g̃ prima sic cōuertitur. ¶ Similiter ista mīter ista interest regis bene facere: resolvitur in istam: aliquid spectās ad regem ē bñ facere: ⁊ sic illa sic conuertitur: ergo benefacere est aliquid quod spectat ad regem: ergo prima etiam debet sic cōuerti.

Contra dicta arguitur primo sic. nō sequitur. Nullum mortuum est homo. g̃ quidam hō non est mortuus ergo male dr: ꝙ vniuersalis negatiua cōuertitur p accidens. ¶ Secundo sic arguit. hec est bona cōuersio omnis hō est sortes: ergo sortes est hō. ⁊ tamen vniuersalis affirmatiua nō cōuertitur in particularem affirmatiuam. g̃ male dr: ꝙ vniuersalis affirmatiua debet cōuerti in particularem affirmatiuam. ¶ Tertio sic arguitur. nō sequitur: vterq; istorum est homo: ergo homo est vterq; istorum. g̃ male dicitur ꝙ vniuersalis affirmatiua cōuertitur in particularem affirmatiuam.

Ad primum dr: cōcedēdo aīs ⁊ negādo ꝓbām qz illa nō bene cōuertitur sed dz sic cōuerti. g̃ aliquid qō est hō non est mortuum: qz illa ꝓpō ex quo est de termino ampliatiuo nō dz cōuerti conuersione ꝓprie dicta: sz īproprie dicta. ¶ Ad scōm dr: cōcedēdo maiorem ⁊ minorem ⁊ negaī ꝯsequētia: qz licz illa cōuersione ꝓprie dicta non possit cōuerti in particularem tamen bñ improprie dicta. ¶ Ad tertium dr: cōcedēdo antecedēs ⁊ negādo cōsequētiam: quia illa nō bene conuertitur. sed debet sic cōuerti. ergo homo est alter istorum.

Quid sit cōuersio p cōtrapositionez

¶ Conuersio per contrapositionem est facere de subiecto predicatum: ⁊ de predicato subiectum manēte eadem qualitate ⁊ q̄titate: sed mutatis terminis finitis in terminos infinitos: ⁊ hoc modo cōuertitur vniuersalis affirmatiua in vniuersalem affirmatiuaz: ⁊ particularis negatiua in seipsam: vt omnis homo est aīal. ergo omne non aīal est nō homo: quidam homo non est lapis: ergo quidam non lapis nō est homo. ¶ Unde versus. simpliciter feci ꝙuertitur eua per acci. Asto per contra sic fit cōuersio tota. Asserit a negat e. sunt vniuersaliter ambe. Asserit i negat o sunt particulariter ambo. Et iciendum est ꝙ signum positum in subiecto ꝓpositionis que debet conuerti quodcūq; sit illud debet poni supra totum p̄dicatum ⁊ reducere ipm ad subiectum in conuertente. Preterea eadem est cōuersio ꝓpōnis particularis indefinite ⁊ singularis.

Uersus conuersionum.

Primuz notabile

Scōm notabile

¶ Circa hūc textum.

Intellect⁹ diffinitiōis cōuersionis p ctrapositionem.

Notandum est primo ꝙ hic cōsequēter Per. hyspa. determinat de cōuersione p cōtrapositionem: ⁊ ponit eius diffinitiōem que debet sic intelligi. Conuersio p contrapositionem est duarum ꝓpositionum cathegoricaꝝ manente eadem qualitate ⁊ quantitate: sed mutatis terminis finitis in terminos infinitos vnius ad aliam materialis consequētia. ¶ Unde in ista diffinitione ponitur consequētia materialis loco generis ⁊ totum residuuz ponitur ad differētiam aliarum consequētiaꝝ materialium ⁊ etiam aliaꝝ conuersionum. Et isto modo cōuertitur vniuersalis affirmatiua in vniuersalem affirmatiuam: ⁊ particularis negatiua in particularem negatiuam. dūmodo vniuersalis affirmatiua nō sit de p̄dicato transcēdente: ⁊ particularis negatiua cōstituatur ex subiecto p nullo supponente: vt omnis homo est aīal. ergo omne nō animal est nō homo. Similiter quidam homo nō est lapis: ergo quidam nō lapis non est nō homo. ¶ Dicitur notāter dūmodo vniuersalis affirmatiua nō sit de p̄dicato transcēdēte: qz quādo est de p̄dicato transcēdente: tunc nō valet consequētia: vt non sequitur oīs homo est existens: ergo omne nō existens est nō homo: qz antecedēs est verum ⁊ cōsequens falsum. ¶ Dicitur notāter ⁊ particularis negatiua nō constituatur ex subiecto p̄o nullo supponēte: qz quādo constituitur ex illo subiecto: tūc non valet consequentia: vt non sequitur quedam chymera non est hō: ergo quidam non homo non est nō chymera. cum antecedens sit verū consequens falsum.

Rle ꝙuersionis p cōtrapositionē.

Secundo notandum est ꝙ circa cōuersionem per contrapositionē ponuntur due regule. Quarū prima est ꝙ quāto terminus finitus fuerit p̄o pauciorib⁹ supponēs tanto terminus infinitus sibi correspondēs supponit p̄o pluribus. Et si terminus finitus ꝓ nullo supponat tūc termin⁹ infinitus sibi correspōdens ꝓ quolibet supponit vt chimera ꝓ nullo supponit ⁊ ideo nō chimera ꝓ quolibet supponit. ¶ Secūda regula talis est. ꝙ q̄to terminus finit⁹ ꝓ pluribus supponit tāto terminus infinit⁹ ꝓ pauciorib⁹ supponit. Et si terminus finit⁹ ꝓ quolibet supponat. tūc termin⁹ infinit⁹ ꝓ nullo supponi: vt iste termin⁹ existēs p̄o quolibz supponit. ⁊ ideo iste termin⁹ non existens p̄o nullo supponit.

Intellect⁹ notabilis p mi.

Tertio notādū est hic ꝙsequēter Petrus hyspa. ponit vnuz notabile qō dz sic intelligi ꝙ i cōuersiōe simplici signū qō ad dīt subo cōuerse: vel sibi equiualēs lz sit alterius generis vel numeri ꝑm exigētiā congruitatis dz addi subo cōuertentis: vt quidā homo est aīal: g̃ quoddā aīal est hō ibi illud signū quidam: qō addīt subiecto cōuerse vel sibi simile addīt subiecto cōuertētis. ¶ Unde ex isto notabili pz ꝙ signū prepositū toti subiecto nō ē pars subiecti: ideo etiā nō debet esse pars predicati cōuertētis: sed debet addi subiecto conuertentis vel remoueri ex toto.

Intellect⁹ scōi notabil⁹

Quarto notādū est: ꝙ hic cōsequenter auctor ponit aliō notabile qō notabile sicut stat est simpliciter falsuz: qz vel Petrus hyspan⁹ capit illū terminū eadē ꝓprie vt dicit idēptitatē numeralē: ⁊ tūc sensus notabilis est ꝙ due ꝓpōnes singulares: vel vna singularis q̄ affis ⁊ alia particularis siue indefinita que est ꝯsequēns cū nota illationis sunt cōuersio q̄ est due particulares vel indefinite cum nota illatiōis: modo hoc est falsuz. Uel etiam capit illū terminū eadem vt dicit idēptitatez specificā: vt tm̄ valet sicut siliter: ⁊ sic adhuc ē falsuz: qz singularis negatiua cōuertit̄: ⁊ particularis negatiua ⁊ indefinita negatiua nō cōuertūtur. Et ideo ad Pe. hyf. pōt dici ꝙ ipse nō posuit illā pticulā de singularib⁹ sed apposita fuit exvitio scriptoꝝ. ¶ Uel aliter potest dici ꝙ petr⁹ hyf. nō voluit dicere: ꝙ singularis eodē modo cōuerteretur sicut particularis vl indefinita: sed voluit dicere ꝙ sicut particularibus ⁊ indefinitis cōuenit posse cōuerti: ita singularibus cōuenit posse conuerti.

Solutio petri hyspani

Cōtra dicta primo sic arguit̄: non sequit̄ oīs hō est existēs ergo omis nō existens est nō homo cum antecedens sit verum et consequens falsuz: ergo male dicitur ꝙ vniuersalis affirmatiua conuertitur per contrapositionem. ¶ Secūdo arguitur contra primum notabile. In conuersione per accidens

Universidad de Deusto
Biblioteca

signum qđ ponebatur in cõuersa nõ ponitur ad subm cõuertẽtis. ergo notabile est falsum.

¶ Tertio sic arguitur cõtra scõm notabile. singulare negatiua cõuertitur & nõ particularis vel idefinita negatiua. g̃ notabile ẽ falsum.

Ad primum dr cõcedẽdo añs & negãdo añam qz quãdo dr si milis affirmatiua cõuertitur p contrapositionem intelligitur dũmodo p̃dicatum eiꝰ nõ sit transcẽdens. ¶ Ad scõm dr negãdo añam: qz illud notabile intelligitur de cõuersione simplici: & nõ de cõuersione p accidẽs. ¶ Ad tertium dr pcedẽdo maiorez & minorẽ & negãdo añam: qz illud notabile intelligitur de singulari affirmatiua & nõ de singulari negatiua. Vel põt dici sicut dictũ est in quarto notabili.

Quid ppõ hypothetica.

Sequitur de ppõne hypothetica. Propositio hypothetica est illa q̃ hz duas ppones cathegoricas cõiunctas tanq̃ principales ptes, sui: vt si bõ currit bõ mouetur. ¶ Et dr hypothetica ab hypos qđ est sub & thesis qđ est positio: quasi suppositio siue suppositiua locutio: qz vna ps eiꝰ supponitur alteri. ¶ Propõnum hypotheticarꝝ alia ꝯditionalis alia copulatiua: alia disiũctiua.

Interpretatio.

Diuisio.

¶ Circa hunc tertum.

Acceptões huiꝰ cõplexi ppõ hypothe. Cõissime.

Primo notãdum est q hic añr Pe. hys. determinat de ppõne hypothetica. Añ hoc aggregatuz: propõ hypothetica capitur triplr. Uno modo cõissime: & tũc dr sic diffiniri. Propõ hypothetica est propõ que explicite vel implicite siue mẽraliter: hz duas ppones vel duo cõplexa pportionabilia duabꝰ ppõnibus: conũctas p aliquã conũctionem vel p aduerbiuz tanq̃ ptes principales eius. ¶ Dicitur notãter iplicite: qz hec ẽ ppositio hypothetica. magistro legẽte pueri pficiũt: & tamen in ea nõ sunt due ppones explicite: sz iplicite: qz illa põt resolui in vnã ꝯditionalem tpalem & causalez. ¶ Dr notãter duas ppõnes nõ addẽdo cathegoricas: qz aliqua est hypothe. q̃ nõ hz duas cathegoricas tanq̃ ptes principales: sz hz duas hypotheticas vel vnã cathegoricã & aliam hypotheticã tanq̃ ptes principales eiꝰ. ¶ Dr notãter vel duo cõplexa pportionabilia duabꝰ ppõnibus: qz aliqua est ppõ hypothetica q̃ nec explicite nec iplicite: nec mẽraliter cõponitur ex duabus ppõnibus: vt ista: si asinꝰ volaret: asinꝰ haberet alas sed in ea ponũtur duo cõplexa pportionabilia duabꝰ ppõnibus. Añ cõplexum pportionale ppositioni dr illud qđ p se sumptũ nec est verum nec falsum: sed ex ipso & vno alio mediãte copula ipsa conũgente fit vna hypothetica ẽa vel falsa. ¶ Dicitur notãter tanq̃ partes principales sui: qz alique sunt hypothetice in qbꝰ ponunt plures ppones cathegoricе nõ tñ tanq̃ ptes principales sui: sz tãq̃ partes: minꝰ principales: & isto modo nõ capit Pe. hys. hic ppositionẽ hypotheticam.

Diuisio ꝯditionalis. Notabile

Diffinitio ppõnis cõditionalis.

Acceptões ppõnis cõditionalis.

Intellectꝰ diffinitiõis

Scdo sciendũ est q scõo mõ accipit ppõ hypothetica cõiter & tũc dr sic diffiniri. Propõ hypotetica est ppõ q̃ explicite vl implicite siue mẽraliter hz duas ppones & copulã vnientẽ illas ppones tãq̃ ptes principales eiꝰ. & isto mõ nõ capit Pe. hys. ppõnem hypothetică. ¶ Tertio mõ capit pprie & spãliter et illo mõ capit eã Petrꝰ hys. Et ponit eiꝰ diffinitionẽ in textu q̃ diffinitio sic dr itelligi. Propositio hypotetica spãliter accepta ẽ propõ q̃ explicite siue iplicite siue mentaliter hz duas ppones cathegoricas & copulã cõiũgẽtẽ eas vel aliq̃d supplens vicẽ eiꝰ tanq̃ ptes principales eiꝰ. Et in ista diffinitiõe ponit propõ loco gñis. & totũ residuũ põitur ad dr̃iam propõnis cathegoricе cuiꝰ ptes principales sũt subm & p̃dicatũ & copula v̈balis. Añ propõnis hypothetice duplices sũt ptes. s. materiales & formales. Materiales sunt duplices. s. pncipales & minꝰ pncipales. Minꝰ pncipales sunt ptes ptium principaliũ. Sed ptes materiales pncipales sunt ptes que nõ sũt copule ex qbꝰ propõ hypothetica mediate componitur siue ostituitur. Sz ptes formales hypothetice sũt copule & tales etiã sũt duplices. s. pncipales & sunt ille q̃ ciũgũt ptes materiales pncipales. Sz ptes formales minꝰ principales sũt ille q̃ ciũgũt ptes materiales minꝰ principales.

Intellectꝰ diuisionis.

Diuisio copule.

Tertio notãdũ est q duplices sunt copule. s. cathegoricales. vt sũt illa verba suz es est cũ suis declinijs. Et copule hypoteticales. q̃ sunt ciũctiões copulatiue: disiũctiue cõditionales: & rõnales aduerbia loci tpis: & aduerbia silitudinis. ¶ Nota q petrꝰ hys. diuidit ppõnẽ hypothetică. & dr diuisio sic intelligi. De nũero ppositionũ hypotetică rũ. quedã sunt hypothetice cõditionales q̃ dã copulatiue. & quedã sunt disiũctiue. Et reducit ista diuisio sic ad bimẽbrẽ. Ois ppõ hypothetica aut ẽ aña aut nõ. Si primũ sic est cõditionalis. Si scõm hoc est duplr. Uel in ea ponit cõiũctio copulatiua vel aliq̃d sibi eq̃ualẽs. & sic est ppositio copulatiua. Uel in ea ponit cõiũctio disiũctiua siue aliq̃d sibi equiualẽs. & sic est ppositio disiunctiua.

Notabile generale.

Quarto notãdũ est q sicut dictũ est de ppositõe hypothetica q̃ capit tripliciter: ita dicẽdum est de ppõne hypothetica cõditionali. disiũctiua. & copulatiua q̃ capiũtur triplr. scz cõissime. pprie & cõiter. vt capiũntur cõissime sunt spẽs ppõnis hypothetice cõissime sumpte. Ut vero capiunt cõiter sunt species ppositiõis hypothetice sumpte cõiter. Et vt capiuntur pprie & spãliter sunt spẽs ppõnis hypothetice pprie & spãliter sũpte. Añ in pñti diuisiõe nõ accipiunt primis modis. sed solũ tertio modo quia tũc mẽbra diuisionis excederent diuisum quia diuisum est ppositio hypothetica pprie sumpta. modo non oĩs ꝯditionalis cõiter ac cõmunissime sumpta est propõ hypothetica pprie sumpta: quare diuisio nõ esset bona. ¶ Quid añ sit cõditiõalis cõmunissime accepta cõiter siue speciaĺiter videbitur in sequẽtibus. Et simliter de copulatiua & disiunctiua.

Contra dicta pr̃io sic arguitur: hec ppõ si hõ currit hõ mouetur: & si hõ est asinus hõ est risibilis: est ppõ hypothetica: & tñ non hz duas cathegoricas tanq̃ ptes principales eius. g̃ diffinitio ppõnis hypothetice nõ ẽ bona. ¶ Scõo sic arguitur. Ista ẽ ppõ hypothetica. sole lucẽte dies ẽ & tamen nõ hz duas cathegoricas: ergo diffinitio est mala. ¶ Tertio sic arguitur ꝓtra diuisionem hec est hypothetica: sortes est ita albus sicut & plato: & tñ nõ ꝓtinetur sub aliquo mẽbro diuisionis: g̃ diuisio est mala.

Ad primum dr distinguẽdo maiorem vel ista sit hypothetica capiẽdo illõ aggregatũ ppõ hypotetica cõiũcti me siue cõiter: & sic pceditur vel specialiter: & sic negat. ¶ Ad scõm dr pcedẽdo maiorem & distinguẽdo minorez: vel q illa nõ habeat duas cathegoricas explicite: & sic pceditur vel iplicite: & sic negat. Modo ista resoluit sic. sol lucẽte dies est: si sol lucet dies est vel dũ sol lucet dies est: vel qz sol lucet dies ẽ. ¶ Ad tertiuz dr q illa ꝓtinet sub copulatiua: qz illa reducitur ad copulatiuã sicut infra videbit.

¶ Cõditionalis est illa in qua ciungũtur due cathegorice p hãc ciũctõz si vt si sortes currit sortes mouetur. Et illa cathegorica cui immediate p̃ponitur illa ciũctio si: dr antecedẽs reliqua vero cõsequẽs.

¶ Circa hunc tertum.

Primo notãdum est q sicut dictũ est in lectõe pcedẽti: hoc aggregatũ propõ ꝯditionalis accipitur tripliciter vno mõ cõissime: & tũc describit sic. Propositio ꝯditionalis est ppõ hypotetica in qua vel in cuius mẽrali cui subordinat ciungũtur due ppones vel plura cõplexa duabꝰ ppõnibus ꝓportionabilia p ista ciũctiões si: vel p aliq̃d supplẽs vicem vniꝰ tanq̃ ptes principales eiꝰ. Alio mõ capitur cõiter: & tũc codez mõ diffinit sicut qñ accipit cõissime dẽpta illa pticula vel plura cõplexa duabꝰ ppõnibus ꝓportionabilia: & istis duobꝰ modis nõ capit in ppõsito. Alio modo capitur spãliter: & tũc diffinitur a Pet. hispa. & dr sic diffinitio itelligi. Propõ ꝯditionalis est ppõ hypotetica in qua explicite siue implicite siue in eiꝰ mẽrali cui subordinat cõiungũtur due cathegorice ppones p hãc ciũctionem si: vel p aliquaz sibi equalẽtez. ¶ In hac diffinitiõe ponit ppõ hypotetica loco generis: totũ residuũ ponit ad dr̃iam copulatiue & disiũctiue. Et dr notãter explicite in diffinitione ꝓpter talẽ ppõem: si hõ currit hõ mouetur. Dr implicite ꝓpter talẽ ppõem: sole lucẽte dies est. Dicitur in eius mẽrali ꝓpter istaz lrãm a si imponeret ad significãdum tñ sicut ista oro si hõ currit hõ mouetur. Dr notanter vel p aliquã sibi equalẽtez ꝓpter tales ppones: sortes curr & t. g̃ sortes mouetur.

Notabile de si

Notaduz scdo q illa ciũctio si duobus mõis accipitur: seu põt poni in oro̅ne. Uno mõ vt ciũgit inter ppões & tũc facit hypothetică ꝯditionalez. Alio mõ vt ciũgit inter terminos & nõ inter ppones: & tũc facit ppem de ꝯditionato extremo. Et hoc ctingit dupliciter. Uno mõ qñ ctingit inter terminos a pte subiecti positos: & tũc facit ppõnem cathegoricã de ꝯditionato subiecto vt sortes si est sedẽs non est stans: ibi hoc totum sortes est sedens est subiectuz. Alio modo qñ ctingit inter terminos a pte p̃dicati positos: & sic facit ppem cathegoricã de ꝯditionato p̃dicato: vt sortes est asinus si est rudibilis ibi hoc totũ asinꝰ est rudibilis: est p̃dicatuz.

Si capit cõditiõaliter: pmissiue: & illatiue.

Notandum qñ ciũgit inter ppones capitur triplr. Uno mõ pure ꝯditionaliter: vt in ista ppõe: si haberez libros libẽter studerez. Scõo mõ capitur pmissiue: siue vt est signũ p missionis. Exẽpluz vt si veneris ad me dabo tibi equũ. Et istis duobꝰ mõis capiẽdo istã cõiũctionez si: nõ ostituit ꝯditionalez stricte siue spãliter captã: qz orones q̃ copulãtur p istam ciũctionem nõ sunt cathegorice: sz ostituit hypotheticas cõissime sumptã: nec diffinitio data a Pet. hyspa. de ꝯditionali quenit illis. Alio modo capit illatiue: & tũc denotat añs sequi ex antecedẽte: vt si asinꝰ volaret: asinꝰ haberet alas. Et isto mõ capitur dupliciter. Uno modo vt ciũgit inter duo cõplexa ꝓportionabilia duabus cathegoricis: siue inter duas hypotheticas: & isto mõ ostituit conditionalem cõissime sumptam siue cõiter acceptã: & illo mõ non capitur in diffinitione ꝯditionalis data a Pet. hyspa. Alio modo vt ciungit inter duas cathegoricas: & sic ostituit ꝯditionalem stricte captã: & hoc modo capitur illa ciunctio si: in diffinitione ꝯditionalis.

Intellectꝰ notabilis.

Quarto notãduz est q iste tertꝰ dr sic intelligi: qz ppõ cathegorica cui immediate p̃ponit illa ciũctio si: illatiue capta dr añs: siue denotat esse añs. ¶ Añ in ꝯditionali affirmatiua ẽa cathegorica qua immediate ponitur post illã ciũctõem si: illatiue capta est verum añs & in ꝯditionali affirmatiua falsa nõ est verum añs: sz denotat esse añs. Et in ꝯditionali negatiua ẽa. illa ppõ cui immediate p̃ponitur illa ciũctio si: nõ est verum añs sz apparẽs tñ. Sz in negatiua falsa illa ppõ cui immediate p̃ponitur illa ciũctio si: est verum añs: & alia verum añs. Et sic pz q iste terminus añs nõ capitur in ppõsito stricte: sed cõiter: vt dr tam de ẽo antecedẽte q̃ de apparẽti. Et similiter dr de isto termino ꝓsequẽs. Unde in pñti tertu & similiter ĩ qualibet pntia iste terminꝰ añs capitur noialiter: & vt est nomen scdẽ intẽtionis: & sic añs est oro vere vel

Quid añs & añs in ppõsito.

Universidad de Deusto
Biblioteca

apparenter inferens cōsequens ⁊ nō capitur participialiter: ⁊ vt est termin⁹ prime intētionis: q⁹ tūc tm̄ valet sicut hoc aggregatuz res precedēs aliam rem. ¶ Vñ ista propō hypothetica: aīal currit. si hō currit ibi ly aīal currit est aīs capiēdo illū terminū aīs principaliter ⁊ vt est termin⁹ prime intētiōis. non tm̄ capiēdo noialiter ⁊ vt est termin⁹ scde intētiōis

Contra dicta primo sic arguīt. Ista ppō est ꝺditionalis si asinus volaret asin⁹ haberet pēnas: ⁊ tm̄ ioi nō ꝓiūgūtur due cathegorice p hāc ꝓiūctiōez si cū ibi nulla sit cathegorica. g̃ diffinitio ē mala. ¶ Scdo arguīt sic. Ista est ꝺditionalis si haberem libros libēter studerem: ⁊ tm̄ illa ꝓpositio cui immediate illa cōiunctio si ꝓponitur nō ꝺ: aīs. ergo ille text⁹ est falsus ¶ Tertio sic arguitur. In ista ꝓpōne aīal currit si hō currit. illa propō animal currit est aīs: cum ipsa precedat aliam propōnem: ⁊ tamen non ponitur immediate post illam cōiunctionem si: ergo ille textus est falsus.

Ad primum ꝺ: distinguēdo maiorem vel capiēdo cōiter ꝓpōnem ꝺditionalez: ⁊ sic cōceditur: vel capiēdo stricte: ⁊ sic negat maiorē mīnor: cōceditur ⁊ negatur ꝓīa. ¶ Ad scōm ꝺ: sil⁹ sicut dictum est pri⁹ ⁊c. ¶ Ad tertiuz ꝺ: distinguēdo maiorez vel capiēdo illū terminuz aīs ꝓticipialiter ⁊ vt est termin⁹ prime intētionis: ⁊ sic ꝓceditur maiorē vel capiēdo noialiter: ⁊ vt est termin⁹ scde intētionis: ⁊ sic negatur maiorē. mīnor: cōceditur: ⁊ cōsequētia negatur.

De ꝺditiōalis. ¶ **Ad ꝺitatem cōditionalis requirit ꝙ aīs nō possit esse veruz sine cōsequēte: vt si hō est aīal est.** ¶ **Unde ois cōditionalis vera est necessaria ⁊ ois falsa est impossibilis.**

Eorelariū

¶ Circa hūc textum.

Intellect⁹ ꝺitatis cōditionaliū. **Primo** notāduz ē ꝙ iste text⁹ ꝺz sic intelligi. Ad ꝺitatem ꝓpōnuz ꝺditionaliuz affirmatiuaꝝ q̄ aīs ⁊ ꝓīs sunt ꝓpōnes cathegorice nō habētes reflexionē sup se requritur ꝙ nō sit possibile aīs ee verū sine noua impōne sui vel suaꝝ ptium: q̄n ꝓīs sit verū si formet. ¶ Dr notāter affirmatiuaꝝ: q⁹ ad negatiuas hoc nō requritur. Dr notāter q̄z aīs ⁊ ꝓīs sunt ꝓpōnes cathegorice ad ꝺ: iaz ꝺditionalis cui⁹ aīs ⁊ ꝓīs sunt cōplexa ꝓportionabilia ꝓpōnib⁹ vt si asin⁹ volaret asin⁹ haberet pēnas. Dr notāter nō hītes reflexiōez sup: a se: ad ꝺ: iam ꝓpōnuz reflexiōem hītiuz sup: a: vt si nulla ꝓpō est negatiua: aliq̄ ꝓpō est negatiua. Dr notāter sine noua impōne: q⁹ p nouā impōnem in q̄libet cōditionali aīs pōt esse verū absq̄ hoc ꝙ cōsequēs sit verū. ¶ Et ꝺ: si formaretur: q⁹ possibile est ꝙ aīs sit verum: cōsequente nō existente.

Secundo notādum est ꝙ ad ꝺitatez cōditionalis affirmatiue ī cōi cui⁹ aīs ⁊ ꝓīs sunt ꝓpōnes cathegorice deesse ⁊ de ꝓnti. requritur ꝙ qualitercūq̄ ꝙ aīs significat significatione totali ⁊ ꝓpōnali esse ipossibile est ista esse q̄n ita sit qualitercūq̄ ꝙ ꝓīs significat esse: si formetur significatiō talis ⁊ ꝓpōnalis. Et sil⁹ diceretur de cōditionalibus affirmatiuis quaꝝ aīs ⁊ cōsequēs sunt ꝓpōnes de ꝓterito: ponēdo tm̄ illud ꝺbum fuisse loco istius ꝺbi esse. Et sil⁹ de futuro ⁊ de possibili mutādo locutiōem ꝺm exigētiam copulaꝝ. Et similiter diceretur de cōditionalib⁹ quarum ptes sunt negatiue.

Tertio notādum ē ꝙ ꝓpō ꝺditionalis vt capitur ī ꝓposito: cōprehēdit sub se rōnalem ⁊ ꝺditionalem simpl⁹r captā: ⁊ licz ad quarūlibet istaꝝ ꝺitatem requratur illud qđ dictū est in ꝓio notabili siue ī scdo: ⁊ hoc sufficiat in ꝺditionali simpl⁹r capta nō tm̄ in rōnali: sz vltra hoc due ꝺditiōes requrūtur. Pria est ꝙ aīs sit verū. Scda est ꝙ ꝓīs sit verū vt ad ꝺitatez ist⁹ sortes currit. g̃ hō currit requritur ꝙ aīs sit verū ⁊ sil⁹ ꝓīs. Et ꝙ aīs nō possit ee verū sine ꝓīte q̄n formaī siue ꝙ ita esse q̄litercūq̄ ꝙ aīs significat significatiōe totali ⁊ ꝓpōnali: ⁊ nō ita ee sicut ꝙ ꝓīs significaī significatiōe totali ⁊ ꝓpōnali ipossibile ē esse.

Intellect⁹ co:relarij

Quarto notāduz ē ꝙ iste text⁹. Unde ois ꝺditionalis ⁊c. ꝺz sic intelligi. Unde ois ꝺditionalis affirmatiua ꝛa simpl⁹r dicta ē necessaria: q⁹ illud qđ requiriī ad ꝺitatem: hoc etiā sufficit ad necessitatez. Dr notāter simpl⁹r dicta ad ꝺ: iam rōnalis: q⁹ ad hoc ꝙ ꝺditionalis sit ꝛa q̄ nō est rōnalis: nō requiriī ꝙ aīs sit verū siue ꝓīs: vt ptz de ista. si hō est asinus hō est rudibilis. etiā aliqua est falsa: cuius aīs ⁊ ꝓsequēs sunt ꝛa: vt ista si sortes est homo: est asinus. ¶ Ex ist⁹ ꝓz ꝙ significatio totius cōditionalis est distincta a significato sui cōsequētis ⁊ sui antecedētis: ⁊ tamē ei⁹ significatio depēdet ex habitudine antecedentis ⁊ consequētis in significādo.

Eorelariū

Contra dicta ꝓ: io sic arguīt. Ista est ꝺditōnalis ꝛa nō si sortes currit plato disputat: ⁊ tm̄ eius aīs pōt esse veruz sine ꝓīte. g̃ tex. est falsus. ¶ Scdo sic arguīt. Ista est cōditionalis ꝛa: si hō currit aīal currit: ⁊ tm̄ possibile est ꝙ aīs sit veruz sine ꝓīte. g̃ tex. est falsus. ¶ Tertio sic arguīt. Si iste textus esset verus seqretur ꝙ ista cōditionalis esset vera: si hō currit aliqua ꝓpō est cōditionalis. cōsequēs est falsum. g̃ ⁊ aīs. cōsequētia ꝓz: q⁹ ātecedēs nō pōt esse verum q̄n cōsequens sit verū si ipm formetur.

Motabile

Ad primum ꝺ: ꝙ text⁹ intelligiī de affirmatiuis: ⁊ nō de negatiuis ¶ Ad scōaz ꝺ: ꝙ ī textu ꝺz subintelligi illa ꝓticula. si ipm ꝓīs sit siue formeī. ¶ Ad tertiā ꝺ: ꝙ text⁹ intelligiī de cōditionalibus quaꝝ ptes nō habēt reflexionem sup: a se.

Ad rōnes

¶ **Ad falsitatez ꝺditionalis sufficit ꝙ antecedēs possit esse verum ꝓīte existēte falso: vt si hō est albū est.**

De falsitate conditionalis.

¶ Circa hunc textum.

Intellect⁹ falsitat⁹ cōditionalis.

Primo notandum est ꝙ ille textus ꝺz sic intelligi. Ad falsitatez ꝓpōnum hypotheticaꝝ ꝺditionaliuz affirmatiuaꝝ quarum aīs ⁊ ꝓīs sunt ꝓpōnes cathegorice nō habētes reflexionez sup: a se: requritur ꝙ possibile sit ꝙ aīs sit verum: ⁊ ꝓīs falsum. Et illud etiā sufficit ad ꝺitatez ꝺditionalis negatiue. Sz ad falsitatē negatiue requritur illud idē qđ requritur ad ꝺitatē ꝺditiōalis affirmatiue.

Req̄sita ad falsitatem rōnalis.

Secūdo notāduz est ꝙ ad falsitatem rōnalis sufficit ꝙ deficiat vna illaꝝ trium ꝺditionum requisitaꝝ ad eius ꝺitatem sc̄z vel ꝙ ꝓīa nō sit bona: vel ꝙ aīs non sit veruz vel ꝓīs. Sed ad ꝺitatem rōnalis negatiue sufficit illud qđ requiritur ⁊ sufficit ad falsitatem affirmatiue. Et ad falsitatem rōnalis negatiue sufficit illud qđ requiritur ad ꝺitatem affirmatiue.

Modi arguēdi in cōditionalib⁹

Tertio notāduz ē ꝙ quattuo: mōis solet fieri argumentatio a ꝺditionali. vno mō a tota ꝺditionali cū ꝓpositione aīs ad positionez ꝓīs: ⁊ talis mod⁹ arguēdi est bonus: vt si hō currit hō mouetur: sz hō currit ergo hō moueī. ⁊ iste mod⁹ arguēdi solet vocari sillogismus hypotetic⁹ ꝺditionalis. Alio modo a tota ꝺditionali cū destructione aīs ad destructōem ꝓīs: vt si hō currit: hō mouetur: sz nullus hō currit. g̃ nullus hō mouetur. Et iste mod⁹ arguēdi nō est bonus gra formecum nō valeat in oibus terminis vt ꝓz in exēplo dato: sz in aliq̄bus teneat gra materie: sc̄z q̄n termini sunt ꝓuertibiles q̄ sunt subiecta: vel ꝓdicata vt hic. si hō currit rifibile currit: sz nullus hō currit. g̃ nullum rifibile currit. Sed q̄n termini nō sunt ꝓuertibiles: tūc in tali mō arguēdi cōmittitur fallatia ꝓīs.

Quarto notāduz est ꝙ tertio mō arguitur a tota ꝺditionali cum positione ꝓīs ad pōnem aīs: ⁊ isto mō etiā cōmittitur fallacia ꝓīs in multis argumētis: ⁊ sic iste mod⁹ arguēdi nō tz formaliter: vt ꝓz in isto exēplo: si hō currit aīal currit: sz aīal currit. g̃ hō currit: q⁹ aīs pōt esse veruz ꝓīte existēte falso. Sz aliq̄n tz iste mod⁹ arguēdi in aliq̄bus terminis gra materie sc̄z in terminis ꝓuertibilib⁹: vt ꝓz in isto exēplo. si hō currit. risibile currit: sz risibile currit. ergo hō currit. ¶ Quarto mō arguīt a tota ꝺditionali cū destructione ꝓīs ad destructōez aīs. Et iste mod⁹ arguēdi valet in oibus terminis: vt bn̄ seq̄tur. si hō currit hō mouet. sed null⁹ hō mouetur. g̃ null⁹ hō currit. ¶ Vñ si ꝓīs ꝺditionalis ꝓpōnis sit ꝓpō ꝑticularis vel idefinita ad destruēduz ipm ꝓīs nō sufficit accipe ꝓpōnem ꝑticularem sibi subcōtrarie oppositā. sed opz accipe ꝓpōnez vlem sibi ꝺdictorie oppositam: vt nō seq̄tur. si hō est risibilis: aīal ē risibile: sed aīal nō est risibile. g̃ hō non est risibilis. Ista essn̄ conclusio est falsa: ⁊ vtraq̄ ꝓmissaꝝ est vera sc̄z ista ꝺditionalis: si hō est risibilis aīal est risibile: ⁊ ē ista idefinita negatiua: aīal nō est risibile: q⁹ equ⁹ nō est risibilis. Sz ad bn̄ arguēdum opz destruere ꝓīs vniuersaliter sic. nō est risibilis. aīal ē risibile. sz nullū aīal est risibile. g̃ nullus hō est risibilis. ⁊ iste sillogismus est bon⁹. ⁊ sicut cōclusio est falsa. ita aliq̄ premissarum. f. ista nullum aīal est risibile.

Cōtra dicta arguīt ꝓ: io sic. Ista cōditionalis est falsa. non si hō currit hō mouet. ⁊ tm̄ ad falsitatē hui⁹ nō requriī ꝙ aīs sit verū ⁊ ꝓīs falsuz: g̃ text⁹ est falsus. ¶ Secūdo sic arguīt. hec est ꝺditionalis falsa affirmatiua. si asin⁹ volaret petr⁹ moueret ⁊ tamē nō est possibile sine noua impositiōe ꝙ aīs sit verū ⁊ cōsequēs falsum: cū nec antecedēs nec ꝓīs sunt ꝓpositiōes. g̃ text⁹ est falsus. ¶ Tertio sic arguīt. hec est ꝺditionalis falsa. Si nulla ꝓpō est negatiua. aliq̄ ꝓpō est negatiua. ⁊ta mē nō est possibile ꝙ aīs sit verū ⁊ ꝓīs falsū si ipm formaret. ergo textus est falsus.

Ad primū ꝺ: ꝙ text⁹ intelligiī de affirmatiuis. ⁊ nō de negatiuis. ¶ Ad scōm ꝺ: ꝙ text⁹ intelligiī de ꝺditionalib⁹ quaꝝ ptes sunt ꝓpōnes cathegorice mō sic nō est in exēplo dato sz sunt duo cōplexa proportionabilia duabus ꝓpōnib⁹. ¶ Ad tertiū dicit ꝙ text⁹ intelligiī de cōditionalib⁹ quaꝝ ptes nō hīt reflexionē sup: a se. mō ista ꝓpositio nulla. ꝓpō est negatiua hz reflexionē iuꝑ se

Diffinitio ꝓpōnis copulatiue.

¶ **Copulatiua est illa in qua ꝓiūgūtur due cathegorice p hāc ꝓiūctionē et: vt sortes currit: ⁊ plato disputat.**

¶ Circa hunc textum.

Acceptiōes ꝓpōnis copulatiue

Primo notandū eſt q̄ iſte textus dz ſic intelligi. Nullus ſyllogiſmus cōcludens ꝑticularē negatiuā directe pōt eam cōcludere indirecte ⁊ cō ꝑ cōuerſionē ꝑticularis negatiue niſi caueat in tali cōuerſione q̄ non arguat a nō diſtributo ad diſtributū. ¶ Dicitur notāter ꝑ conuerſionē ꝑticularis negatiue q̄ alio mō pōt bene ideꝫ ſyllogiſmus directe ⁊ indirecte cōcludere cōcluſionē ꝑticularē negatiuā ⁊ hoc capiendo ſyllogiſmū ꝓ premiſſis tm̄ q̄ ſi caperetur ꝑ premiſſis ⁊ cōcluſione tūc nō poſſet fieri: q̄ illo mō capiendo ſyllogiſmū nullꝰ ſyllogiſmꝰ hz plures cōcluſiones. ¶ Dicit notāter niſi caueat ⁊c. q̄ ſi ca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

neretur: tūc ille syllogismus qui ꝓcludit pticularem negatiuā directe ꝑ eam ꝓcludere indirecte: ⁊ cōtra. ⁊ hoc fit qñ pticularis negatiua ꝓuertitur in vnā pticularem negatiuā de mō loq̄ndi incōsueto. ¶ Reliq̄ in textu subdita sparsim suis locis īmixta ꝑ exigētia locoꝝ applicādo satis declarata sunt: vsq; ad hūc locum. Sz qz aristoteles ⁊c. vbi ē sciēdum q̄ circa cōbinatōes inutiletes dat aristotes vnā regulam gñalez ad ip:obādum eas ꝓpter rōes prius dictas. Et est talis. In quacūq; cōbinatōe

Regla ꝑbꝫ. sunt repibiles termini in q̄bus oi ⁊ terini in quib⁹ nulli. talis cōbinatio nō valet. sz cōbinatio qua arguit ex puris pticularib⁹ affirmatiuis vel negatiuis ē cōbinatio i qua sunt repibiles terī in q̄b⁹ oi ⁊ in q̄b⁹ nulli. ḡ talis cōbinatio nō valet. Ista rō valet ꝑ oīb⁹ cōbinationibus inutilib⁹. Ad maiorē istā rōnis patebit ī se quētibus. Ad minor: ꝓz: qz arguēdo ex puris particularibus terī in q̄bus oi sunt ist terī hō. aial ⁊ risibile. Et termini in q̄b⁹ nulli sunt ist termini hō. aial. ⁊ asinus. Sīr arguēdo ex puris negatiuis termini in q̄bus oi sunt hō. asinus. ⁊ risibile. sumēdo ly asin⁹ ꝑ medio: ⁊ termini in q̄bus nulli sunt hō. asinus. equus.

Qui terī in q̄bus omni **Secundo** notādū est q̄ terini in q̄bus oi sunt tres terini ex q̄bus sunt due ꝓpōnes ꝛe ꝑm dictā cōbinationez: cū quib⁹ ꝓpōnibus stat in ꝛitate vna vlis affirmatiua cōposita ex extremitatibus illaꝝ ꝓpōnum: vt isti tres terini hō. aial. ⁊ risibile: sunt termini in q̄bus oi arguēdo ex puris pticularibus: cū ex eis fieri possunt duo ꝓpōnes pticulares ꝛe sz hō est aial: ⁊ risibile est hō. cum q̄

Qui termī in q̄b⁹ nulli bus ꝓpōnibus stat ista vlis affirmatiua in veritate sz omne risibile est aial. que est cōposita ex extremitatibus illaꝝ ꝓpōnum. ¶ Sed termini in q̄bus nulli sunt tres termini ex q̄bus ꝓstituūtur due p̄missе ꝛe ꝑm dictaz cōbinationem: cum quibus p̄missis stat vna vlis negatiua in veritate que est cōposita ex extremitatibus illaꝝ p̄missaꝝ. vt isti tres termini homo aial ⁊ asinus: sunt termini in quib⁹ nulli. arguendo ex puris particularib⁹ affirmatiuis: cuz ex eis ꝓstituatur due p̄missе pticulares affirmatiue ꝛe sz aial est hō ⁊ asinus est aial: cum quibus p̄missis stat ista vniuersalis negatiua in ꝛitate sz null⁹ asinus est hō: que est cōposita ex extremitatibus illaꝝ p̄missaꝝ.

Probatio maioris p̄dicte rōnis generalis **Tertio** notāduz est q̄ maior dicte rōnis ꝑbatur sic. qz si nō est ꝛa; tūc sua opposita ꝓtradictoria est ꝛa sz in aliqua cōbinatione sunt repibiles terīni in q̄bus oi ⁊ in quibus nulli: ⁊ tñ ꝑm illaz cōbinatiōem est bona ꝓna ⁊ formalis: vtputa arguēdo ex puris pticularibus sunt dandi termini in q̄bus omni ⁊ in q̄bus nulli: ⁊ tñ est ꝓna formalis: ⁊ tūc talis ꝓna tenet in oībus terīs consimili forma arguēdi rerēta. ¶ Et tūc ḡritur vltez⁹ an in tali cōbinatione seq̄tur ex p̄missis ꝓclusio affirmatiua vel negatiua. Si dicatur q̄ affirmatiua: ergo bene seq̄tur ex terīs in q̄bus nulli sic arguēdo: aial est hō: ⁊ asinus est aial: ergo asinus est hō. Premisse sunt vere: ergo ⁊ cōclusio ⁊ cū illis eisdē premissis stat vlis negatiua in veritate. s. nullus asinus est hō: ergo due ꝓdictoꝛie erūt sil⁹ vere apud illū qui negat maiorem dicte rōnis q̄ est falsum: ḡ ⁊ illud ex quo seq̄tur. s. q̄ aliqua cōbinatio siue mod⁹ arguēdi in quo sunt reperibiles termini in q̄bus oi ⁊ in q̄b⁹ nulli sit bona ꝓna: ergo maior dicte rōnis est vera. qz eius contradictoria oppositа est falsa. Si ꝛo dicaī q̄ in tali mō arguendi sz ex puris pticularib⁹ affirmatiuis sequaī cōclusio negatiua. tūc bñ seq̄tur in terminis in q̄bus oi. sic arguēdo. hō est aial ⁊ risibile est hō ergo risibile nō est aial. premisse sunt vere: ergo ⁊ ꝓclusio. ⁊ cū illis eisdē teris stat vlis affirmatiua in veritate. s. oē risibile est aial. q̄ est oppositа ꝓtradictoria istius pticularis negatiue: quoddā risibile nō est aial. ⁊ sic iterū due contradictoꝛie erunt sil⁹ vere apud illum q̄ negat maiorem dicte rationis.

Quarto notandum est q̄ tres regule solent poni ad dandū instantiam cōtra aliquā cōbinationē inutilē. ¶ Pria est q̄ nos debem⁹ accipere plures spēs diuersas cū eoꝝ gñe. ⁊ sumēdo illū terminuz q̄ est gen⁹ ꝓ medio tūc valet ista rla ad dandū instantiā ꝛ modū arguēdi ex puris pticularib⁹ affirmatiuis. ⁊ sīr ꝓtra modū arguēdi ex puris affirmatiuis in scōa figura. Sed si caperē⁹ vna spēs ꝑ medio. tūc valet ista rla dandū instantiā ꝓtra modū arguēdi in pria figura: ⁊ sīr in tertia minore exīstēte negatiua. ¶ Scōa rla est q̄ nos debem⁹ accipere duos terios quoꝝ vnus vere ꝓdicaī de alio. siue hoc fit cōuertibiliter siue nō ⁊ cū hoc debem⁹ accipere vnuz aliū terminū ad vtrūq; istoꝝ disparatum. Et ista rla valet ad dandū instantiā ꝛ modū arguendi ex pur⁊ negatiuis si sumaī terminꝰ disparatus ꝑ medio. Exēplū vt hō asin⁹ ⁊ risibile. ¶ Tertia rla est q̄ nos debem⁹ accipere duos terminos de se īmicē ꝛificabiles sic spēs ⁊ ꝓpriū illi⁹ speciei ⁊ vnū aliū terminū cōem ad illos terios sicut gen⁹ illi⁹ speciei. Et ista rla valet ad dandū instantiā ꝛ modū arguēdi in qno altera p̄missarū exīstēte pticulari infertur ꝓclusio vlis: vt hō aial ⁊ rnibile. sumēdo illum terminū aial ꝓ minore extremitate.

Cōtra dicta ꝓtio sic arguiī. cameslrel cōcludit pticularē negatiuā directe ⁊ indirecte. ḡ male dictū est q̄ nullus syllogism⁹ ꝓcludēs ⁊c. ¶ Scōo sic arguitur. syllogism⁹ ꝓcludēs singularē negatiuā directe pōt eā ꝓcludere indirecte. ḡ syllogismus cōcludēs pticularē negatiuā directe pōt eā cōcludere indirecte tenet ꝓna. qz idē est iudicū de pticularib⁹ ⁊ singularib⁹ quantū ad cōuersionē. ¶ Tertio sic arguiī. si illa ratio cōis ꝑ⁊ us dicta cēt vera seq̄retur q̄ in barbara esset combinatio inutilis: qz in barbara sunt dandi termini in q̄bus ossi: vt notū est: ⁊ termini in quibus nulli. cū sint dandi tres termini ex q̄b⁹ constituūtur due premisse in barbara cū q̄bus stat vna vlis negatiua in veritate.

Ad primum ꝛ negando ꝓnam quia textus intelligiī q̄ hoc fiat per cōuersionē pticular⁊ negatiue. ¶ Ad scōm ꝛ: negando ꝓnam: ⁊ ad ꝓbationē ꝛ. q̄ licet de particularib⁹ ⁊ singularib⁹ affirmatiuis idē sit iudiciū ꝑtū ad cōuersionē: nō tñ de negatiuis. ¶ Ad tertiū ꝛ: negando ꝓnam. ⁊ ad ꝓbationē ꝛ: negando q̄ in barbara sunt dandi termini in q̄bus nulli: qz nūq̄ p̄nt dari due p̄missе vere in barbara: cū q̄b⁹ stet vna vniuersalis negatiua, vera cōpositа ex extremitatibus illarū premissarum.

¶ Additio geo: gū Burcellensis.

Pro maiori declaratione modoꝝ ꝑ dictoꝝ trium figuraruz notandū est primo: q̄ ly ꝑm pe. hy. nō sint nisi nouē modi prime figure. capiendo modū pro premissis ⁊ ꝓclusione sil. ⁊ etiā cōes expositores sui ita dicūt. tñ ꝑm rei veritatē sunt plures. Uñ sex sunt modi prime figure directe cōcludentes: vt barbara barbari: celarēt celaro darij ⁊ ferio. ⁊ sex indirecte ꝓcludentes. s. baralipton: celantes celātos: dabitis: fapesmos ⁊ frisesomoꝝ. Uñ barbara ⁊ barbari differūt

vide. xij. modos ꝓme figure. penes cōclusionē. q: conclusio de barbari sub alternatur ꝓclusioni de barbara. Sīr ꝓclusio de celaro subalternatur cōclusioni de celarēt. ⁊ conclusio de celantes cōclusioni de celātes. Ex quo ꝑz q̄ siue capiaī modus ꝑ premissis tñ siue ꝓ: ꝓ premissis ⁊ cōclusiōe simul pe. hy. nō bene enumerat modos: qz si primo mō nō enumerasset nisi sex. si scōo modo nō bene enumerauit. qz si sic sunt duodecim. nisi dicatur q̄ tñ enumerauit terminos inferentes suā conclusionē immediate directe vel indirecte. barbari aūt ⁊ celaro nō inferūt immediate suam conclusionē directe. sīr celantes nō infert immediate suā conclusionem directe.

De mōis secūde figure **Secundo** notandū est q̄ si in scōa figura ꝑm rei veritatē sunt decem modi capiendo modū ꝑ premissis ⁊ cōclusione sil. s. sex directe ꝓcludentes: vt cesare cesaros. camestres camestros: festino ⁊ baroco Et sunt alij sex indirecte ꝓcludētes. s. cesares cesaros camestre camestro: siue fapesmo frimeso. ⁊ bocardo. Et capiēdo modū ꝑ premissis tñ nō sunt nisi sex modi scōe figure. s. cesare: camestres: festino ⁊ baroco: siue fapesmo: ⁊ frimeso: ⁊ bocardo. Uñ ꝓcluso de cesaro subalternaī ꝓclusiōi de cesare. ⁊ ꝓclusio de cesaros cōclusioni de cesares. ⁊ cōclusio de camestro ē conuertens cōclusionis de camestres: ⁊ cōclusio de camestro subalternatur conclusioni de camestres. Unde camestro solet cōiter vocari fapesmo: ⁊ trimeso: frisesomoꝝ.

De modis tertie figu. **Tertio** notandū est q̄ ꝑter modos tertie figure directe ꝓcludētes a pe. hy. positos sunt adhuc sex modi indirecte ꝓcludētes. s. darapti fapesmo siue fapemon: disami: daptisis frisesō siue frisesomoꝝ ⁊ barocon. ¶ Si tñ caperē⁹ mod⁹ ꝑ ꝑmissis tñ tūc in ꝑma figura nō cēnt nisi sex modi distincti. s. barbara: celarent: darij: ferio: fapesmo: ⁊ frisesomoꝝ. ¶ Sīr in scōa figura tñ cēnt sex. s. cesare: camestres: festino: baroco: frimeso: ⁊ bocardo. Sīr in tertia figura cēnt nouē. s. darapti felapton: disamis: daptisi: bocardo: ferison: fapesmo: frimeso: ⁊ barocō. Et sic capiēdo modū ꝓ: ꝓ ꝓmissis tñ cēnt viginti vnus modi distincti nō loquēdo de quarta figura.

Quid syllogism⁹ ꝓfect⁹ ⁊ imꝑfect⁹. **Quarto** notandū est q̄ syllogismoꝝ q̄dā sunt ꝓfecti: quidā imꝑfecti Uñ dupliī ꝛ: aliq̄s syllogism⁹ cē ꝓfect⁹. Uno mō q: nihil sibi deest de eis q̄ req̄runī ad hoc q̄ aliq̄d dicaī syllogism⁹ ⁊ hoc mō oēs syllogismi triū figurarū dicunī cē ꝓfecti. ¶ Et ꝓ oppositū ille syllogism⁹ ꝛ: cē imꝑfect⁹ cui deficit aliq̄d de eis q̄ req̄runī ad hoc q̄ aliq̄d sit syllogism⁹. Et hoc mō ꝛ: q̄ enthymema ē syllogismus imꝑfectus. qz enthymemati deficit vna p̄missaꝝ q̄ si apponer⁊ iā syllogism⁹ eēt ꝓfectus. ¶ Alio mō ꝛ: syllogism⁹ ꝓfectus. qz ḥz oīa req̄sita ad hoc q̄ aliq̄d sit syllogismus. ⁊ cū hoc regulaī ꝑ dici de oi vel de nullo. Et hoc mō soli sil⁹ prie figure directe cōcludētes sunt ꝓfecti. Et per oppositū aliq̄s syllogism⁹ ꝛ: imꝑfectus q̄ licet ḥz oīa req̄sita ad syllogism⁹ nō iñ regulaī ꝑ dici de oi vel dici de nullo. Et hoc mō oēs syllogismi prime figure indirecte cōcludētes. ⁊ etiā scōe ⁊ tertie figurā sunt imꝑfecti. ¶ Uñ syllogismoꝝ imꝑfectoꝝ q̄dam perficiunī cōuersiue siue ꝑ reductionē per impossibile: alij reducūtur ostēsiue siue ꝑ cōuersionē. Quid aūt sit syllogismus perfici cōuersiue vel ꝑ impossibile: dictū ē circa baroco ⁊ bocardo. ¶ Sz syllogismū perfici ostēsiue est oīndere eius cōclusionē euidēter sequi ex premissis ꝑ q̄dam alterius modi euidentioꝛē. Et sic ꝑz q̄ reducere vnū modū ad alium modū euidentioꝛē nō est facere de syllogismo vnius modi syllogismū alteri⁹: ḥz est oīndere cōclusionē eiꝰ sequi ex eius p̄missis: in q̄ oīsione qñq; vtimur cōuersiōe qñq; trāspositiōe p̄missarū: ⁊ qñq; syllogismo expositorio.

De ꝓfectōe syllogismi cōuersiua ⁊ ostensiua.

Cōtra dicta ꝓtio sic aī. pe. hy. nō ponit nisi nouē modos prime figure: ergo male dictū est q̄ sunt duodecim. ¶ Scōo sic aī. minoꝛe exīste negatiua nihil seq̄tur in tertia figura. ḡ male ponit barocon ꝑ mō tertie figure. ¶ Tertio sic aī. barocon est mod⁹ scōe figure: ḡ nō est mod⁹ tertie figure.

Ad primū ꝛ: negādo ꝓnam: qz locꝰ ab auctoritate non ꝛ negatiue ¶ Ad scōm ꝛ: q̄ ly minoꝛe exīstēte negatiua nihil sequaī in tertia figura directe cōcludendo tñ bñ aliquid seq̄tur indirecte cōcludēdo. ¶ Ad tertiū dicit negando aīs: ⁊ ad ꝓbationē ꝛ: q̄ ly baroco ⁊ barocon cōueniāt in q̄ti⁊ tate ⁊ qualitate p̄missarū ⁊ cōclusionis differunt tñ in ordinatione terminoꝝ.

¶ Sequitur questio per magistruz thomam Bricot addita.

Questio **Queritur** vtrum modi triū figuraruz teneant in oībus terminis. Et arguit q̄ nō: qz nō seq̄tur oē qđ est cēntia diuina est ꝑsona: ḥz trinitas est cēntia diuina:

ergo trinitas est ꝑsona: q; añ s est verū ⁊ ꝑñs falsum. igit̄ dar̄ q̄ est tertius mod⁹ ꝓme figure nō tz in terminis diuinis. ¶ Scōo sic. nō seq̄tur in dabitis. oē qō est pater est eēntia diuina. generās est pater: ḡ eēntia diuina est generās. igit̄ nō oēs mōi ꝓme figure tenēt in oībus terminis. ¶ Tertio sic añ. nō sequitur in disamis pater est generās oē qō est pr̄ est eēntia diuina. igit̄ eēntia diuina est generans. Silr nō sequit̄ in bocardo. pr̄ nō est cōicabilis. oē qō est pr̄ est eēntia diuina. igit̄ eēntia diuina est cōmunicabilis: ergo nō oēs modi tertie figure tenēt in oīb⁹ terīs. ¶ Quarto sic arguit̄ nō seq̄tur in disamis. hic binari⁹ demōstrando materiā ⁊ formā so:tis sp erit. ⁊ oē quod est hic binarius est so:tes: ergo so:tes sp erit: q; añs est verū ⁊ ꝑñs falsum. igit̄ disamis nō tz in oīb⁹ terīs. ¶ In oppositum arguit̄ sic: q; ꝑm aristo. syllogismi facti in modis triū figurarū sūt ꝑñe formales. igr̄ tenēt in oībus terminis syllogismi forma retenta.

¶ Pro solutione questionis.

Primo notandum est ꝙ tripler est distributio quedaz est in termino: alia extra terminū: ⁊ alia extra numerū. ¶ Unde ad distributionē in termino sufficit p:dicatū dici de subiecto ꝓ oi significato īmediato ipsius subiecti. ⁊ hoc mō ista est vera: oīs eēntia diuina est pater: ⁊ sensus eius ꝑm aliquos sic exp:imit: oē ens qō est eēntia diuina aliud est sentialiter a quolibet alio est pater. ⁊ iste sensus est verus. subiectū em illius: ꝓpōnis supponit. solū ꝓ eēntia diuina: ⁊ nō p:o filio. naz filius nō est ens a quolibet alio essentialiter distinctū: qm̄ nō essentialiter distinguit̄ a ꝑre a quo est alius. ¶ Et si dicas ꝙ eadē ratione subiectū illi⁹ non supponet ꝓ patre: o m̄ ꝑ nō est ens a quolibet alio eēntialiter distinctum. nā pater nō distinguit̄ a filio eēntialiter: a quo tm̄ est alius. ⁊ si subiectū illius nō supponat p:o patre: seq̄tur ꝙ subiectū ⁊ p:edicatū illi⁹ ꝓpōnis nō supponūt p:o eodē: ⁊ per ꝑñs cū sit affirmatiua sequitur ꝙ illa est falsa. ¶ Ad hoc dr̄ ꝙ subiectū illius ꝓpōnis: vt cōcessum est nō supponit p:o patre neq; p:o filio saltez immediate neq; ad veritatē ꝓpōnis affirmatiue req̄ritur ꝙ subiectū ⁊ p̄dicatū supponāt immediate p:o eadē re. sed satis est ꝙ supponant p:o illis que sunt eadē res. ¶ Ex p:edictis pz ꝙ si sub hac ꝓpōne oīs essentia diuina est pater: sumeret̄ terminus de quo posset verificari hoc cōplexū ens aliud eēntialiter distinctum a quolibet alio. ꝑña est bona. sed sicut cōclusio est falsa: ita ⁊ minor. Distributio nō cōpleta siue extra terminū est. qñ termin⁹ distribuitur tam ꝓ suis significatis mediatis q̄ ꝓ suis significatis immediatis. ⁊ tūc sub termino licet sumere nō solū singularia vaga. sz etiam singularia determinata: dūmodo tm̄ nō sint collectiua si terminus sub quo subsumit̄ non fuerit collectiuus. dūmodo etiaz termini subsumpti nō sint alterius numeri q̄ termin⁹ distributus. ¶ Añ ad veritatē istius. oīs essentia diuina est pater in qua ly eēntia diuina distribuit distributōe incōplera siue in termino sufficiūt veritates istarū. ista eēntia diuina est pater. ⁊ ista eēntia diuina ē pater si plures essent: ⁊ nulla est eēntia diuina q̄n nō sit pater. sed ad veritatē istius oē qō est eēntia diuina est pater. in qua ly eēntia diuina distribuit̄ distributione cōplera siue extra terminū req̄rūtur veritates istarū. hec eēntia diuina est pat⁹ ⁊ hoc qō est essentia diuina est pater ⁊ silr illō demonstrando quodlibet de quo verū est dicere ꝙ est essentia diuina.

Reqsita ad distributionē extra numerum.

Secūdo notandū est ꝙ ad distributiōez extra numerū p:eter ea q̄ requirunt ad p̄dictas distributiones req̄rit̄ ꝙ subiecto sic distributo possint sumi tam termini collectiui q̄ nō collectiui tā termini eiusdem numeri q̄ alteri⁹ numeri. Uñ ad veritatē ist⁹ oē qō est eēntia diuina est pater si subiectum eius distribueret̄ distributiōe extra numerum nō sufficerēt solū veritates p:opositionū que dicte sunt. sz req̄rereť cū hoc veritas istius oīa que sunt eēntia diuina sunt pater. Uñ patet ꝙ iste distributiones multū variāt veritates ꝓpositionū. qm̄ hec est vera. oīs eēntia diuina ē pr̄ si subiectū ei⁹ distribuat̄ distributōne infra terminū. ⁊ tm̄ eadē erit falsa si subiectū ei⁹ distribuat̄ distributiōe extra terminū silr̄ b est vera oē qō est eēntia diuina ē ꝑsona si subiectus ei⁹ distribuat̄ distributiōe infra numerū. ⁊ tm̄ eadē est falsa si subiectū ei⁹ distribuat̄ distributione extra numerū. q: trinitas est eēntia diuina: ⁊ tm̄ nō est ꝑsona sed est tres ꝑsone.

Primū dubium.

Tertio notandū est ꝙ circa modos triuz figurarū sunt alique spāles difficultates. ¶ P:ia difficultas est de illis syllogismis q̄ fiūt in mōis indirecte ꝛcludētib⁹ ex terminis diuinis. ¶ Et ꝓ talib⁹ dat̄ talis rr̄a Si debeat valere syllogism⁹ in mōis indirecte cōcludētib⁹: opz illā ꝛclusionē inferri q̄ eēt cōuertens cōclusionis modi directe cōcludētis. Et sic pz ꝙ ꝑña de qua arguebat̄ in scōa rōne ante oppositū nō valebūt. Non em̄ sequit̄ oē qō est pater est eēntia diuina. generās ē pater: ergo eēntia diuina est generās. sz dz sic inferri: ḡ eēntia diuina est aliq̄d qō est generās. nā ꝛclus⁹ q̄ fuisset illata in darij: sc̄z generās est eēntia diuina nō cōuertit̄ in istā. eēntia diuina est generans: sz in istā essentia diuina est aliquid qō est generans. ¶ Alia difficultas est p:o istis modis: disamis ⁊ bocardo. In q̄bus p:ima facie videt̄ ꝙ maior ex quo est particular nō debeat equalere vni de oī vel vni de nullo ⁊ ita difficile videt̄ dare rationē q̄re cōsequentie facte in tertia ratione nō valeāt. ¶ Quidam em̄ dicūt satis ꝓbabiliter ꝙ maior dz habere vnā singularē q̄ equiualeat vni de oī vel vni de nullo qō dicunt habere ex aristotele in p:imo p:ior. vbi dicit ꝙ syllogismi de bocardo ⁊ de disamis ꝓbant̄ per expositiones. Est añt expositio ꝑm aliquos qñ sub subiecto maioris ꝑticularis sumitur aliq̄ singulare cui vniuersaliter cōuenit p:edicatū affirmatiue vl negatiue. Et ita dicendum esset ꝙ ꝑña facte in tertia rōne ante oppositū nō valent: q: maiores nō habēt aliqs singulares in ferētes aliqs de oī vl de nullo. Nam iste sunt false: oē qō est hic pater est generās: oē qō est hic pater nō est cōicabile. ¶ Aliis nō placet iste mod⁹ dicendi: qm̄ dicūt tūc disamis et bocardo nō differrēt a felapton ⁊ darapti: ex quo maior eēt equalent vlis ⁊ nō solū vlis: sz vltra. hoc eēt de oī vl de nullo. Ideo dicūt ꝙ in talibus ꝛsequētijs dz inferri cōclusio cuius ꝑ dicto:ia possit cē maior in ꝓma figura. ⁊ iō in disamis debebat inferri ista. aliq̄d qō est essentia diuina est generās. ⁊ nō ista essentia diuina est generās: q: cius ꝑdicto:ia nō posset̄ cē maior in celarēt. Silr in bocardo debebat inferri ista. Aliquid qō est pater nō est cōicabile ꝓpter eandē cām. ¶ Istis notatis sit ꝓma conclusio modi ꝓme figure. dūmodo addat̄ istud cōplexum qō est a ꝓte subiecti: ⁊ dūmodo maior sit de oī vl nullo tenent in oībus terminis pz: q: nō datur instātia. ¶ Scōa cōclusio modi scōe figure sic facti: vt possint ad p:imam figuram reduci tenēt in oībus terminis: patet sicut ꝓus. ¶ Tertia cōclusio modi tertie figure sic facti: vt ad p:imā figuraz possint reduci tenēt in oīb⁹ termis pz sicut ꝓus. ¶ Ad rōes in oppositū dicit̄ ꝙ vl in maiore subiectū distribuit̄ distributiōe extra numerū: ⁊ tunc valet ꝛsequentia: sz sicut cōclusio est falsa i tra ⁊ maior. Uel subiectū nō distribuit̄ distributiōe extra numerū: sz infra numerū tm̄: ⁊ sic male arguitur in darij: q: cōmittit̄ fallacia figure dictionis mutādo equiualēter singularē numerū in pluralē: qm̄ sumendo sub signo nō collectiuo terminū collectiuū equiualēter mutat̄ numerus singlaris in pluralē. ¶ Ad scōaz ⁊ tertiā rōnes pz q̄d sit dicendū ex dictis. ¶ Ad q̄rtaz dicit̄ ꝙ illa ꝑña nō valet nec bñ arguit̄ in disamis: sz deberet sic cōcludi: ergo so:tes ē aliqua q̄ semp erūt. vl est binarius qui semp erit Uñ ibi committit̄ fallacia equiuocatiōis qm̄ quādo semp so:tes attribuit̄ binario significat tm̄ sicut hoc cōplexum entia sempiterna: sz quādo attribuit̄ so:ti significat ens sempiternum: ⁊ ita posset dici ꝙ ibi cōmitteret̄ fallacia figure dictiōis: mutādo equiualēter singularē numerū in pluralē. Et si debeat aliq̄d inferri dz sic ꝛcludi: ḡ so:tes est entia sempitna

Scōs mod⁹

Prima cōclusio.

Scōa cōclusio.

Tertia cōclusio.

¶ Explicit quartus tractatus de syllis.

¶ Incipit tractatus quintus de locis dyaleticis.

Acceptiões de rōne.

Ratio dicit̄ multis modis. ¶ Primo mō rō idez est ꝙ diffinitio vl descriptio: vt hic. Unde dicunt̄ quoz nomen est cōe: ⁊ rō substantie ꝑm illud nomē est eadē. ¶ Scōo mō est quedam virtus aie. ¶ Tertio mō idem est ꝙ oratio ostēdēs aliq̄d sicut sunt ꝓpositiones vl rōnes disputantiū. ¶ Quarto mō idē est ꝙ forma materie: vt in cultello ferrū ē materia. disꝓsitio vero inducta in ferro est forma. ¶ Quinto mō est idē ꝙ essentia cōis p̄dicabilis de plurib⁹: vt essentia generis spēi vl differētie. ¶ Sexto mō idē est ꝙ mediū inferēs conclusionē: ⁊ hoc mō sumit̄ rō in diffinitione argumenti q̄ talis est. ¶ Argumentū est rō rei dubie faciēs fidē i. mediū ꝓbans cōclusionē. Conclusio eni debet ꝓbari ꝑ argumentum. ¶ Est añt cōclusio argumēto vl argumentis ꝓbata ꝓpositio. Sz ante ꝙ ꝓbetur tunc est dubitabilis: ⁊ est questio. Cūm questio est dubitabilis ꝓpositio. Medium autem est quod habet duo extrema.

Diffinitio argumenti. Quid cōclusio.

Quid ⁊ñstio

¶ Iste est ⁊ñtus tractatus summulaꝝ magri Pe. hyſ. in quo determinat̄ de locis dyaleticis cuius subm attributionis est iste termin⁹ syllogismus dyaletic⁹. Et eius ꝓpria passio est illud cōplexū generatiuū opōnis ⁊ ꝓncipia syllogismi dyaletici materialia sunt ꝓpōnes dyalectice. ⁊ termini illaꝝ ꝓpōnum sunt ꝓncipia regulatiua syllogismoꝝ dyaleticoꝝ: ⁊ sūt loci dyaletici idē ꝙ maxime dyaletice ꝑ quas cōfirmatur argumentatio dyaletica.

Quid subm hui⁹ tractatus.

Acceptões medij.

Primo notandū est ꝙ auctor in tex. ponit multiplicitatē hu⁹ termini rō ad ostēdendū quō sumat̄ in diffinitōe argumenti. Et ponit sex modos quoꝝ vltimo mō capit̄ rō in diffinitiōe argumēti ꝑ. s. idez est qō mediū: nō capiēdo mediū ꝓme intētionaliter: sz scōe intētionaliter. Et tunc sumit̄ dupliciter. Uno mō ꝑ termino bis sumpto in ꝓmissis ante ꝛclusionē: ⁊ hoc mō sumit̄ in ⁊ñto tractatu. Alio mō capit̄ mediū ꝑ totali añcedente. ⁊ sic capit̄ in diffinitione argumenti.

Acceptiões de ly fides.

Secundo notandū est ꝙ iste termin⁹ fides capit̄ dupl'r. Uñ mō stricte. ⁊ sic describit̄. Fides est noticia vera firmiter adhesiua alicui⁹ ꝓpōnis gñata ꝑ solā auctoritatē dicētis: ⁊ ꝑ libez arbitriū volūtatis sine aliq̄ rōne cogente: ⁊ sic capit̄ cū dr̄: ꝙ fide credim⁹ deū cē trinū ⁊ vnū. ¶ Alio mō sumit̄ large ꝓ oi assensu bo: siue talis sit gñatus ꝑ aliquā rōnem cogentē: siue ꝑ auctoritatē dicentis: ⁊ sic capit̄ in diffinitione argumenti.

Intellect⁹ diffinitiōis argumenti.

Tertio notandū est ꝙ argumētū est añs ex licuius ꝓñe ex cui⁹ añtis notitia: ⁊ noticia bonitatis ꝓñe generat̄ ꝛa noticia de cōclusione q̄ ꝓius erat dubia: vl fuisset si fuisset ꝓpositta: vt sic arguēdo oē aial rōnale est risibile. hō

Obiectio

Solutio

Reqsita ad distri. extra terminū siue cōpletā.

Secūdū dubium

Tertium dubium

Universidad de Deusto
Biblioteca

est aīal rōnale: ḡ hō est risibilis. ibi hoc totum oē aīal rōnale est risibile: ꝛ hō est aīal rōnale ẽ argumentū. Ūñ añs ponīt loco gñis cū oē argumenti sit añs: ſz nō cō. ¶ Dī notanter ſex cui⁹ notícia ⁊c. ad denotandū ꝙ notícia cōclusionis nō ſolū generat ex notícia añcedentis ſed etiā ex notícia ꝯntis. Ūñ ad hoc ꝙ cognoscam⁹ aliquā cōclusionē nō ſufficit cognoscere añs: nec ſufficit cognoscere totā ꝯiam: ſz opz cognoscere añs ꝛ ꝯiam. ¶ Dicīt notāter vera notícia ad dr̄iam argumēti ꝓcedētis ex p̄missis cuidēt falsis ad ꝛclonē cuidēter falsaz.

Acceptiões cōclusionis

Quarto notandū est ꝙ iste terminus cōclusio duplicat capit. Uno modo large ꝓ oī ꝯnte: ſiue vero ſiue falso ex aliquo añte ꝓ bonā ꝯiam illato: ꝛ sic capit cum dicit ꝙ in oī ſyllogiſmo est ꝛclo: ſz nō capit ꝺ hoc modo. Alio modo capit ſtricte, ꝓ oī oſone ex aliq̄ p̄missa vl' p̄missis, pbante vl' pbantib⁹ illata: ꝛ sic ſumit hic: ꝛ eius diffinitio sic intelligit. Cōclusio est oratio ex aliqua p̄missa vel aliquibus p̄missis ipam, pbante vl' pbantib⁹

Acceptões questionis.

¶ Sīl'r iste terminus q̄stio capit dupl'r. Uno modo large, ꝓ oī, ꝓpōne cū signo q̄stiuo, ꝓposita: ſiue illa, ꝓpō sit euidenter vera siue falsa siue nō: siue etiā illa, ꝓpō sit terminabilis p artē dyalecticā siue nō: ꝛ hoc modo hic cēt q̄stio. vtrū q̄libet est vl' nō est. ſil'r vtrum hō est asinus: ꝛ hoc mō nō capit questio in ꝓposito.

¶ Alio mō capit iste terminus q̄stio ſtricte, ꝓ ꝓpōne dubia cū signo dubietatis, ꝓposita que p aliquā argumentationē pōt fieri euidens ꝛ manifesta: ꝛ hoc mō capit a ꝑe.hy.ꝛ dr̄ diffinitio eius sic intelligi. Questio est dubitabilis ꝓpositio cū signo dubietatis vl' signo q̄stiuo ꝓposita nata fieri euidens siue manifesta per aliquē, ꝓcessum. Ūñ vna ꝛ eadē oratio apud vnū ꝛ eundē pōt ꝑmo esse questio ꝛ ꝓstea cōclusio: ſz tamen nunq̄ simul ꝛ semel apud eundem vna ꝛ eadem oratio est questio ꝛ conclusio: sed bene respectu diuersorum.

Contra dicta primo sic arguit diffinitio argumēti nō conuenit oī ꝓcēto sub diffinito: ḡ nō est bona ꝯnia. Añs pz: q⁹ nō ꝯuenit argumēto demōstratiuo ex quo nō generat fidez ſz sciam. ¶ Sc̄o sic ar. diffinitio ꝛclonis nō cōuenit oī ꝓcento sub diffinito: ergo est insufficiens. Añs pz: q⁹ nō cōuenit cōclusioni ſtius ſylli. oīs lapis est equ⁹. ꝛ oīs asin⁹ est lapis: ergo oīs asinus est equ⁹. ex quo illa nō ꝓbat argumēto vl' argumētis. ¶ Tertio sic ar. diffinitio q̄ntis nō ꝯuenit oī ꝓcēto sub diſſinito. ḡ est insufficiēs. Añs pz q⁹ nō cōuenit iſti q̄stioni. Utruz hō est asinus.

Ad primū dr̄ ꝙ ly argumētū demōstratiuū nō gñat fidē capiendo ſtricte fidē. bene tñ gñat fidē generalr capiēdo illū terminū. ¶ Ad ſc̄m dr̄ cōcedēdo añs ꝛ negādo ꝯnam: q⁹ illa cōclusio nō est ꝛclusio capiēdo cōclusionē ſtricte sicut hic diffinitur. ¶ Ad tertiū dr̄ distinguēdo maio: ẽ: vl' capiēdo q̄stionem ſtricte sicut hic diffinit: ꝛ sic negatur: vel generaliter: ꝛ sic concedit̄r.

Diffinitio argumentationis

¶ Argumentatio est argumēti per oratiōnē explicatō. i. oratio explicāſ argumētū. ¶ Differt añt argumētū a medio ꝛ ab argumētatiōe: q⁹ medium dr̄ co ꝙ bz duo extrema. Argumentū añt addit ſupra mediū virtutē ꝓbandi ꝛclusionē. Ūñ ad hoc ꝙ ſit argumētū exigit ꝙ ſit mediū ꝛq̄ habeat virtutē ꝓbādi ꝛclusionē. Argumētatio añt dr̄ totalis oro cōposita ex p̄missis ꝛ ꝛclusione: ꝛ in illa manifestaſ virt⁹ argumēti. Aliq̄n enī tota oro pōt inferre vlem affirmatiuam: aliq̄n nō niſi ꝑticularē affirmatiuam aliq̄n vlem negatiuā: aliq̄n ꝑticularē negatiuā: ꝛ sic manifestaſ tota virt⁹ argumēti: cū oñdit ſupra quā cōclusionē pōt ipz argumētū: ꝛ ſupra quā nō pōt q̄d quidē fit in argumētatiōe vt supra patuit.

Diuiſio argumentationis.

¶ Argumētatiōis quattuor sunt ſpēs. ſ. ſyllogiſm⁹ inductio: enthymema ꝛ exēplum. Diffinitio añt ſyllogiſmi dicta est ꝑius.

¶ Circa hunc tertum.

Acceptiões argumentationis

Primo notandū est ꝙ iste termin⁹ argumentatio capit tripl'r. Uno mō large, ꝓ oī, ꝓpōne formata ad modū ꝯnie siue illa ꝯnia sit bona siue nō. Alio mō capit ſtricte, ꝓ oī bona ꝯnia siue añs sit, pbatiuū ꝯntis siue nō. Tertio mō capit ſtrictiſſime, ꝓ oī ꝯnia bōa cui⁹ añs est, pbatiuum ꝯntis. ꝛ iſto tertio mō capit p. h.y. q̄n diffinit argumentationē. Et dr̄ ſic diffinitio intelligi. Argumētatio est oro cōposita ex añte ꝛ ꝯnte, pbato p illud añs. Exēplum vt hoc totū. oē aīal rōnale est risibile: ꝛ oīs homo est animal rōnale. ergo oīs homo est risibilis est argumentatio.

Intellectus diffi. argumentatiōis

Secūdo notandū est ꝙ hic cōſequenter ꝑe.hy. ponit dr̄iam inter argumentū mediū ꝛ argumētationē. Ūñ capiendo illū terminū mediū, ꝓ totali añte sic mediū ſe hz in pl⁹ ꝙ argumētū: q⁹ ille termin⁹ medium dr̄ rā de añte, pbatiuo ꝙ nō, pbatiuo: ſed argumētū ſolū dr̄ de argumēto, pbatiuo: ꝛ sic oē argumētū ẽ mediū: ſz nō ecōtra. Sz ſi capiaſ medium, ꝓ termino bis ſumpto in p̄missis añ cōclusionē sic pz ex dr̄ia ab argumēto in textu. Sz arg. differt ab argumētatiōe sicut ps a toto: sicut añs alicui⁹ ꝯnie a tota ꝯnia. Ūñ in oī argumētatiōe capiēdo iſtū terminū argumētatio ſtrictiſſime est argumētū: ſz nō eꝫ cuz argumētū est añs ei⁹. Quō añt in tali argumētatione manifestaſ vtus argumēti ſatis patet i tex. Boeti⁹ tñ dicit ꝙ argumētatio ꝛ argumētum differunt penes hoc. ſ. ꝙ argumentuz est antecedens mentale vltimatū: ꝛ argumentatio est antecedēs vocale: q⁹ exp̄imit argumētum ſiue añs mentale. ꝛ sic ſm Boetiū nulla cēt argumētatio mentalis: ſz ſolum vocalis.

Differunt argumentatio mediꝰ: ꝛ argumentum.

Intel. diuiſionis argumētatiōis.

Tertio notandū est ꝙ hic ꝯnr auctor ponit diuiſionē argumētatiōis q̄ diuiſio dz ſic intelligi. Quattuor sunt terminacōes nō coincidentes in ſignificādo ſm ſuas rōnes formales: oēs argumētatiōes q̄ ſunt p batiue ſ̄eq̄ntis ſignificāres. Ūñ in iſta diuiſione ſi capiaſ ſyllus ꝓ oī ſyllo ſiue añs ꝓbet ꝯnis siue nō: ꝛ inductio ꝓ oī inductiōe tā pbatiua q̄ nō, pbatiua. ſil'r enthymema ꝓ oīmi enthymemate siue ſit, pbatiuū siue nō: ꝛ etiam exēplū ꝓ oī exēplo tā, pbatiuo q̄ nō, pbatiuo: tūc opz illū terminū argumētatio capi large ꝛ tūc mēbra diuidētia eēnt iſti termini ſyllus inductio enthymema ꝛ exēplū: ſz ſi capiaſ ille termin⁹ argumētatio ꝑꝛiſſime ꝓ diuiſo: tūc mēbra diuidentia ei⁹ ſunt iſti q̄ttuor termini: ſyllogiſm⁹, pbatiu⁹ inductio, pbatiua enthymema pbatiuū: ꝛ exēplū, pbatiuum.

Sufficiētia ſpecierū argumētatiōnis.

Quarto notandū est ꝙ numer⁹ iſtarum ſpecierū argumētatōis pōt sic haberi ꝓ ſufficientiā. nā in oī argumētatōe vl' ꝯnis inferr̄ ex vna ſola ꝓpōne, ꝓ añte posita vel ex pluribus: ſi primū hoc ẽ dupl'r: q⁹ vl' añs infert ꝯnis rōne alicuius ſilitudinis repte inter res ſignificatas ꝓ termios añtis ꝛ ꝯntis ꝛ sic est exēplū. vel infertur ꝯnis ex añte non rōne ſilitudinis: ꝛ sic est enthymema. ſi ex pluribus⁹ inferaſ ꝯnis hoc est dupl'r. q⁹ vel iſte ꝓpōnes sunt ordinate in mō ꝛ in figura. ꝛ sic ẽ ſyllogiſmus vel nō sunt ordinate in mō ꝛ in figura ꝛ ſuba illarū ꝓpositionū ſe hñt vt inferiora reſpectu ſubiecti ꝯntis. ꝛ sic est inductio.

Cōtra dicta primo sic aſ. diffinitio argumētationis nō conuenit oī contento ſub diffinitio. ḡ non est bona. Añs pz: q⁹ nō cōuenit iſti argumētationi. hō est asinus: ḡ hō est rudibilis: ex quo ibi nō est argumentū. ¶ Sc̄o sic aſ. mēbra diuiſionis excedūt diuiſum. ḡ diuiſio est inſufficiēs añs pz: q⁹ de aliquo est verū dicere ꝙ est ſyllogiſmus: ꝛ tñ nō est argumētatio: vt pz de iſto ſyllogiſmo: oīs hō est asin⁹ ꝛ oīs equus est hō: ḡ oīs equus est asin⁹. ¶ Tertio sic aſ. diuiſuz excedit mēbra diuidētia: ḡ diuiſio ẽ inſufficiēs. añs pz: q⁹, pcessus q̄ fit a tota copulatiua affirmatiue ad alterā eius partē est argumentatio: ꝛ nō ꝛtinet ſub aliquo iſtoꝝ modoꝝ.

Ad primū dr̄ ꝙ ly illa oro sit argumentatio large capiēdo siue ſtricte capiēdo argumētationē: nō tñ, ꝓꝛiſſime capiēdo argumētatōz. ¶ Ad ſc̄z dr̄ diſtiguēdo añs vl' capiēdo ſtrictiſſime diuiſuz ꝛ mēbra diuidētia large. ꝛ sic ꝓcedit̄ añs vel ſi capiaſ diuiſuz ſtricte siue large ꝛ mēbra diuidētia large siue diuiſum ſtrictiſſime ꝛ mēbra diuidētia ſtrictiſſime ꝛ sic negaſ añs. ¶ Ad tertiuz dr̄ negando añs: ꝛ ad, pbationem dr̄ ꝙ illa argumentatio ꝓtinetur ſub enthymemate.

Diffinitio inductiōis.

¶ Inductio est a ſingularib⁹ ſufficienter enumeratis ad vlē ꝓgreſſio vt ſortes currit plato currit. ꝛ sic de aliis: ergo omnis homo currit.

¶ Circa hunc textum.

Acceptões inductiōis.

Primo notandū est ꝙ iste termin⁹ inductio capit dupl'r. Uno mō large ꝛ tūc describit sic. Inductio est ꝯnia illatiua ꝓ pōnis vl'is ex sua ſingulari vel ſuis ſingularibus cū additōe illi⁹ clauſule. ꝛ sic de aliis: vel ꝛ nō ſunt plura: ꝛ hoc mō capiendo inductionē est ſp̄s argumētationis large capte. Alio mō capit inductio ſtricte: ꝛ tūc diffinitio pe. hy. sic intelligit. Inductio est argumētatio ꝓ batiua, ꝓpōnis vl'is ex sua ſingulari in añte exp̄eſſa: vel ex ſitis ſingularib⁹ in añte exp̄eſſis cū ſuauitate intellectus naturalit̄ inclinati ad veritatē: ꝛ ſupplētis vicē bonitatis ſequētie: q⁹ in nullo ſingulari percipit inſtātiam: nec hz rōnez q̄re in aliquo ſingulari debeat ee inſtātia. tūc ex hoc ꝙ intellect⁹ cognoscit ꝙ aliq̄e, ꝓpōnes ſingulares ſunt vere cōcedit vlez ee vcrā exēplū: vt ex quo intellect⁹ cognoscit ꝙ iste ignis est calid⁹: ꝛ ſil'r ille ꝛ nō reperit inſtantiā in aliquo: nec hz rōnem q̄ cogit ad ꝓcedēdū ꝙ aliq̄s ignis nō est calidus: ideo inclinat ad cōcludendū ſiue ad conceden dum iſtā vlem: oīs ignis est calidus.

Tripl'r fit inductio.

Secundo notandū est ꝙ tripl'r ſolet fieri inductio. Uno mō enumerando aliq̄ ſingularia: ꝛ nō oīa, ꝓpter multitudinē eoꝝ. ꝛ tūc dz addi iſta particula. ꝛ sic de aliis: vt sic arguēdo: iſte ignis est calid⁹. ꝛ iſte ignis ẽ calid⁹. ꝛ sic de aliis. ḡ oīs ignis ẽ calidus. Alio mō enumerādo oīa ſingularia in ꝓpria forma. ꝛ tūc dz addi illa ꝑticula ꝛ nō ſunt plura. Alio mō enumerādo aliq̄ ſingularia nō addendo aliquā illarū ꝑticularū. ꝛ sic de aliis vel ꝛ nō ſunt plura ꝛ nulla talis est bona ꝯnia niſi añs sit formaliter impossibile vl'tū ꝯnis sit neceſſarium: vel niſi vna ſingularis inferat vlem: ſed talis argumētatio est bñ, pbatiua.

Dupl'r, pcedit a ſingularibus.

Tertio notandū est ꝙ dupl'r pōt ꝯtingere ꝙ in inductione fiat ꝓcessus a ſingularibus. Uno mō a ſingularib⁹ in ſupponendo tñ vt sic arguendo: iſte hō currit: ꝛ iſte hō currit ꝛ sic de aliis: ḡ oīs hō currit. Alio mō pōt fieri inductio a ſingularib⁹ in ſupponendo ꝛ ſignificādo ſil'. vt sic arguendo ſortes currit: plato currit: ꝛ sic de aliis. ḡ oīs homo currit. Ūñ in ꝓposito capit ſingulare, ꝓ oī inferiore alicuius ſupioris. Sil'r in inductōe tā in ꝓpōnib⁹ ſingularib⁹ q̄ in, ꝓpōne vl'i dz manere idem p̄dicatū: siue p̄dicata pōt esse ſynonima: ꝛ dz fieri variatio ex pte ſubiecti: q⁹ in añte inductōis debēt poni ſingularia, ꝓ ſubiectis ꝛ in ꝯnte dz poni, ꝓ ſubiecto vl'e illoꝝ ſingulariū cū ſigno vl'i. Ūñ ſi i inductōe capiāt̄ inferiora q̄ ſunt termini cōes, ꝓ ſubiect⁹ in añte: tūc quilibet illoꝝ termioꝝ dz addi ſignū vl'e: ſi in ꝯnte vl'e diſtribuaſ, ꝓ ſingulis generū. Si vō vl'e diſtribuaſ in ꝯnte ꝓ generib⁹ ſingulorꝝ tūc debent ſumi ſine ſigno.

Quid inductio & descēsus.

Quarto notandū est q̄ inductio differt a descēsu: qz inductio procedit ab oībus singularib⁹ ad vle illoz singulariū. Sz descēsus est ꝓcessus a p:opone vl̄ ad oēs eī⁹ singulares. Ān inductio sic reducit ad syllogisinū. Mā singularia q̄ ponunt ꝑ subiectis in añte: dñt capi ꝑ medio in syllo: & p̄dicatuz añtis ꝑ maio: extremitate: & subiectū ꝯntis ꝑ io minoꝛ extremitate. Exēplū vt ista inductio. s. sortes currit plato currit. & sic de alijs. ergo oīs hō currit reducit ad syll'm. Mā bñ sequit: sortes currit plato currit & sic de alijs. q̄ oē q̄d est sortes plato vl̄ cicero currit. & sic de alijs currit: & oīs hō est sortes plato vel cicero & sic de alijs: q̄ oīs hō currit. tz ꝯña ꝑ ꝯnam de barbara. q̄ de ꝑmo ad vltimū sequtur sortes currit plato currit cicero currit & sic ō alijs. ergo oīs hō currit ꝑ rām cōez. s. Quicūq̄d sequtur ad ꝯns bone ꝯne ꝛc. Sz dicer̄et aliq̄s q̄ totū añs sede ꝯne non sequtur ad añs inductōis. ¶ Ad hoc ō: q̄ sic: qz illa ꝑ mō q̄ est mio: in ꝯña de barbara et subintelligit in añte inductōis. s. sortes currit plato currit cicero currit & sic de alijs: & oīs hō ē sortes plato vl̄ cicero. & sic de alijs. mō ad ist̄ud añs bene sequtur totū añs syll'i in barbara.

Obiectio

Solutio

Ēōtra dicta ꝑmo sic ar̄. Hic est inductio. oīs hō currit oīs asin⁹ currit. oīs equ⁹ currit. & sic de alijs aialib⁹. q̄ oē aīal currit. & tñ nō est ibi ꝓcessus a singularib⁹ ad vle sz ab vlib⁹ ad vle: q̄ diffinitio inductiōis ē insufficiēs. ¶ Secōo sic ar̄. hic est ꝓgressio a singularib⁹ ad vle. sortes currit: plato currit: cicero currit. & sic de alijs. q̄ oīs asin⁹ currit. et tñ nō est ibi inductio cū sibi nō sit argumēta/tio ꝑbatiua nec illatiua. q̄ diffinitio inductionis ē insufficiēs. ¶ Tertio sic ar̄. inductio ē bona ꝯña. sz arguēdo ab aliq̄b⁹ singularibus ad suū vle fine illa ꝑticula: & sic de alijs. vel & nō sunt plura. nō est bona ꝯña cū nō sequatur sortes currit cicero currit plato currit. ergo oīs homo currit. ergo ibi nō est inductio.

Diffinitio enthymematis.

Ad ꝑmū ō: q̄ licet ibi nō sit ꝓcessus a singularib⁹ simpl'r. tñ ibi est ꝓcessus a singularib⁹ ꝑm q̄d. Vel sic lz ibi nō sit ꝓcessus a singularib⁹ capiēdo singulare p:opr̄ie ꝑ termio singulari. tñ ibi est ꝓcessus a singularib⁹ capiēdo singulare ꝑ inferioꝛi vl̄ termino min⁹ cōi. ¶ Ad scōm ō: q̄ lz ibi sit ꝓcessus a singularib⁹ ad vle aliozꝝ singulariū q̄ in añte ponant. nō tñ a singularib⁹ ad vle cor̄ū. ¶ Ad tertiū ō: q̄ licet iste ꝓcessus sit inductio imꝑfecta. nō tamen perfecta.

¶ Enthymema est syllogism⁹ imꝑfectus. i. oratio in qua nō oīb⁹ p̄miss̄is antepositis infer̄t festinata ꝯclusio: vt oē aīal currit: ergo oīs bō currit. In hac em̄ argumētatione includit hec p:opō: oīs bō est aīal: que si imponeret ꝓfectus eēt syllogism⁹.

Diffinitio enthymematis.

¶ Aristoteles aūt sic diffinit enthymema. Enthymema est syllogism⁹ ex icotibus & signis. Icos aūt idem est q̄ ꝑpō probabilis. Signū vt hic sumit: idē est q̄ demonstratiua seu necessaria ꝑpō vl̄ probabilis. & boc in inferendo. Signū vt hic sumit dicit necessitatē illatiōis. Icos aūt dicit ꝓbabilitatē ipsi⁹ propōnis in se: ꝑm quā probabilitatē ꝓpō ō: esse vera. Ān licet in enthymemate est tm̄ vna ꝓpō inferēs: & alia illata. tñ ꝑm q̄ inferens propō apparet oīb⁹ esse vera vel plurib⁹. sic ō: icos. i. probabilis. vt q̄libet diligit diligentez se. Scōm aūt q̄ ipsa infert cōclusionez de necessitate. sic est signū. & sic eadē propō est icos & signū ꝑm aliud & aliud.

Dñt icos & signum

¶ Si q̄s obiciat q̄ enthymema debeat sic diffiniri. Enthymema est ex ico te & signo: cuz tm̄ sit vna ꝓpō inferēs q̄ est icos & signū ꝑm diuersa.

Obiectio

Solutio

¶ Ad hoc sic dicendū est: q̄ lz sit vna ꝓpō inferēs actu: tm̄ bz in se virtutē duarū ꝓpōnū q̄ bz in se virtutē propriā & illi⁹ q̄ subintelligit: & sic ē vna ꝑm subam. & due ꝑm virtutē. Et tō ō: in plurali nūero ex icotib⁹ & signis. & nō ex icote & signo.

De reductiōe enthymemat⁹ ad syllogism⁹.

¶ Sciendum est q̄ oē enthymema ō: reduci ad syllogisinū. In enthymemate eīm sunt tres termini sicut ī syllogismo. & duo illoꝝ sunt in conclusiōe & sunt maioꝛ extremitas & minoꝛ extremitas. alius aūt nō ponit in ꝯclusiōe & est mediū. Illarū aūt extremitatū altera sumit bis: & altera semel. Ex extremitate q̄ semel sumpta & ex mēdio fiat vna ꝓpō ꝑm exigentiā modi & figure. et sic bī syllogism⁹. Verbi gratia in boc enthymemate oē aīal currit q̄ oīnis bō currit. bō & currit sunt due extremitates & aīal est mediū: ꝛz illa extremitas. s. bō sumpta est tm̄ semel ex ipa ergo & medio fiet vna ꝓpō scz oīs bō ē aīal. & tūc erit ꝓfectus syllogism⁹ sic oē aīal currit. oīs bō est aīal: ergo oīs bō currit.

¶ Circa hunc textum.

Receptiões enthymema.

Primo notandū est q̄ iste termin⁹ enthymema capit dupl'r. Uno mō largē: & ō: sic ō: scribi. Enthymema ē argumentatio in qua ex vna ꝓpone exꝑssa: vl̄ ex pluribus ꝓpōnibus exꝑssis & nō syllogistice o:dinat⁹ i/fertur ꝯns. Et sic capit iste termin⁹ enthymema q̄si ō: q̄ ois argumētatio est syllogistica aut enthymematica. ¶ Alio mō capit stricte & tūc describit sic. Enthymema ē argumētatio nō inductiua vl̄ exēplar⁹ i q̄ ex vna ꝓpone cathegorica vl̄ plurib⁹ nō syllogistice o:dinat⁹ iferr̄t ꝑclō. & hoc mō capit q̄n ō: q̄ ois argumentatio est sylls inductio enthymema: vl̄ exēplū. & hoc mō ꝙuersiones equipollentie. ꝯña a tota copulatiua ad eius ptez & ꝯña a pte disiuncti/ue ad totā disiunctiuā. & sic ō alijs sunt enthymematice. ¶ Tertio mō capit strictissime. et tūc describit sic. Enthymema est argumētatio in q̄ ex sola ꝓpone cathegorica in añte exꝑssa infer̄t aliq̄ ꝑclusio: cui ꝓpōi nisi aliq̄ ꝓmissarū adderet ad eandē ꝑclonez inferendā eēt bon⁹ syll's. Et hoc mō capit a ꝓe. hy. qñ diffinit enthymema. & sic ei⁹ diffinitio ō: exponi ꝑm istā vltimā descriptionē. Et ist̄o vltimo mō capiē/do istū terminū enthymema ꝙuersiones equi/pollentie: & sic de alijs nō sunt ꝯne enthyme/matice: qz tales argumentationes nō sunt re/ducibiles ad syllogisinum.

Intel. diff. enthyme.

Secūdo notandū est q̄ hic auct⁹ diffi/nit enthymema diffinitiōe da/ta ab aristo. & ō: diffinitio sic intelligi. Enthy/mema ē argumētatio nō inductiua nec exēplar⁹ ꝓbatiua alicuⁱ ꝑclonis ex vna ꝓmissa ī añte exꝑssa: vl̄ ex plurib⁹ nō syllogistice o:dinatis: vt sortes est hō: q̄ sortes est risibilis. ¶ Ān bī icos in ꝓposito ō: ꝓpō ꝓbabilis. Signuz a ūt dicit ꝓpō necessaria siue ꝓpō inferēs aliam ꝑ positionē in ꝯña necessaria. Ān vna & eadem ꝓpō pōt dici icos & signū. nā ex quo est ꝓbabi/lis & appet oībus vl̄ plurib⁹ aut maxime nor⁹ esse vera ō: icos & ꝛz q̄ est necessaria vl̄ ī ꝯña necessaria infert aliquā ꝓpōnem dicit signum

Dñt icos & signum.

De reductione enthymemat⁹ ad syllogism⁹

Tertio notandum est q̄ enthymema q̄ ex plurib⁹ ꝓpōnib⁹ inferunt ꝙsequēs nō possiunt reduci ad syllogism⁹: qz in illis nō infer̄t cōclusio ex vna sola ꝓpone cathegorica in añ/cedente exꝑssa ꝑ mediū diuersum ab extremi/tatib⁹ cōclusionis. Sz enthymema q̄ ex vna sola ꝓpone cathegorica in añte exꝑssa infert ꝯns. bene pōt reduci ad syll'm. & ille terminus qui ponit in antecedēte & nō in consequente dicit mediū. ¶ Ān reducere enthymema ad syll'm est añti enthymematis addere ꝓpōnem aliquā ꝗtute cuius totū añs de necessitate in/fertur ꝯns. q̄ tñ ꝯns nō ō: necessitate sequit ad antecedēs enthymematis. ¶ Ān in redu/ctione enthymematis ad syll'm ꝓpō que defi/cit ō: cōstitui ex duobus terminis quoꝝ vnus ponit in antecedēte & nō in cōsequēte: & alius ponit in cōsequēte & nō in añte. Exemplū vt boc enthymema. s. homo est aīal: ergo homo ē

Documentum ꝑ notācia ꝑmisse deficientis.

Quarto notandū est q̄ ad cognoscēduz que ꝑmissa deficit in enthyme/mate debem⁹ respicere si ille terminus q̄ est p̄/dicatū in ꝯñte vl̄ sibi sil⁹ ponat in antecedē/te: & tūc in enthymemate deficit minoꝛ. Sz si ille termin⁹ q̄ est subiectū cōsequēt⁹ siue sibi sil⁹ ponat ī añte tūc deficit maioꝛ. Exēplum ꝑmi: vt oē aīal⁹ est suba: q̄ homo⁹ est substātia. Exēplum scōi: vt hō est aīal: ergo hō est substā/tia. ¶ Sed ad sciendū ad quā figurā debet⁹ re/duci enthymema videndū est si illud q̄ ꝑdica/tur in cōclusione: vel⁹ sibi sil⁹ ponat in añte a/pte subiecti: & si sic tunc enthymema debet re/duci ad scōam figurā ꝑ additionē minoris: qz illud q̄ ꝑdicatur in cōclusione enthymemat⁹ est maioꝛ extremitas: & illa subijcit in maioꝛi ꝓpone in scōa figura. Sz si ꝑdicatū conclusio/nis ponat in añte a ꝑte ꝑdicati. tunc si mediū ꝑdicet in ꝓpone que addit ō: reduci ad ꝑmaz figurā. Sz si in ea subijciat ō: reduci ad tertiā. Si ꝙo subiectū cōclusionis enthymemat⁹ po/nat in añte a pte ꝑdicati: tūc enthymema ō: reduci ad tertiā figurā. ꝛz si ponat a pte subiecti: & mediuz ponat a pte ꝑdicati in ꝓpone q̄ adderet reducit ad scōam figurā. Si aūt me/dium in ea a pte subiecti ponat: tunc reducit ad primam figuram: vt patet practicanti.

Ad rōnes ī oppositum.

Contra dicta ꝑmo sic arguit. En/thymema nō est syll's ergo nō est syll's imꝑfecꝰ tenet ꝯña a toto in modo ad suā ꝑtem negatiue. ¶ Scōo arguit sic. hic est enthymema. sortes currit: & plato disputat: q̄ sortes currit: & tñ nō est reducibile ad syll'm: q male dicit q̄ enthymema reducit ad syll'm. ¶ Tertio sic arguit. hic ē enthyme/ma: sortes currit: q̄ hō currit: & tñ nō est redu/cibile ad syll'm cum nō sit in modo & in figu/ra: q̄ enthymema cōpositū ex vna cathegorica ꝑ antecedente nō est ad syllogisinū reducibile

Diffinitio exemplī

Ad ꝑmū dicit negando ꝯñam: qz ibi cōmittit fallacia ꝑm q̄d ad simpl'r. ¶ Ad scōm ō: negādo ꝯñam: qz hoc intelligit de enthymemate cuius añs est vna ꝓpō cathegorica. ¶ Ad tertiū ō: q̄ lz illō en/thymema nō sit reducibile ad syll'm cathego/ricū de mediō cōi est tñ reducibile ad syllogis/mum expositū: ſū de mediō singulari.

¶ Exemplū est q̄n vnuz ꝑticulare ꝑ bat ꝑ aliud ꝓpter aliq̄d lile reptum in ipis: vt parisienses pugnare con/tra rothomagēses malū est: ergo tu/ronenses pugnare ꝙtra pictauiēses malū est: qz vtrobiq̄ est pugnare af/fines contra affines.

Acceptiōes exempli.

¶ Circa hunc textum.

Primo notādū est q̄ iste termin⁹ exēplū vt ad ꝓpositū sufficit capit⁹ du/

pliciter. Uno mō large: ⁊ sic exēplum est argumentatio in q̄ infert ꝯclusio ꝓpter silitudinē reptam inter res significatas p terminos antecedētis ⁊ ꝯntis siue añs ⁊ ꝯns sint ꝓpones pticulares: vles: indefinite: vl' singulares vt hic est exēplus. oēs anglici sunt boni hoies armoꝝ: ꝯ oēs britones sunt boni hoies armoꝝ: q: vtriq; sunt exercitati in actib⁹ bellicis ⁊ tñ diffinitio exēpli non sibi cōuenit cum ibi, pbet vnū pticulare p aliud: ꝯ diffinitio est mala. ¶ Scdo sic arguit. hic est exēplum stricte, capiēdo. sortes est risibilis: ꝯ plato est risibilis: q: vterq; est hō. ⁊ tñ diffinitio nō sibi cōuenit: q: ibi nō ꝓbatur vnū pticulare p aliud: ergo diffinitio exēpli stricte capiendo est mala. ¶ Tertio sic arguit ad ꝓbationem ꝯclusionis nō sufficit noticia añtis: sed bonitas ꝯne: hz in exēplo nō est bona ꝯna: ergo p exemplum nihil' ꝓbari potest.

Qñ exēplū est ꝯntia, ꝓbatiua.

Secundo notandū est q̄ exēplus nō est in ꝯsequente exprimat termin⁹ silitudinis: ⁊ sic nō est hic exēplū: brugēses sunt diuites: ꝯ rothomagēses. hz hic est exēplū: brugēses sunt diuites: ꝯ rothomagēses: q: hñt vtrobiq; bonum portuz maris. Uñ in exēplo semp oz obseruari q̄ arguat respectu p̄dicati qđ ꝯueniat termio silitudinis vl' sumpto: vt in pluribus vt in exēplo dato cū termio silitudinis vl' sūpto vt in plurib⁹. s. hñtes bonū portū maris ꝯueniti p̄dicato cū ista in plurib⁹ est vera: oēs habētes bonū portū maris sunt diuites.

Ad rōnes ī oppositum.

Ad primum dicit q̄ hz ibi sit exēplus large capiēdo nō tñ stricte capiēdo exēplū. mō exēplū large sumptuz nō diffinit hic: hz solū stricte. ¶ Ad scōm dicitur negādo mino: nē ⁊ ad ꝓbationē dicit distinguēdo assumptū vl' stricte capiēdo istū terim⁹ particulare vt distinguit ꝯ infinitū ⁊ singulare. ⁊ sic cōcedit assumptū vl' large capiēdo pticlare vt se extēdat ad illa: ⁊ sic negat assumptū. Ad tertiū dicit q̄ hz in exēplo nō sit ꝯna formalis tamen est bene materialis. ⁊ etiā intellectus supplet bonitatem consequentie.

Differunt exemplū et inductio.

Tertio notandū est q̄ exēplum differt ab inductiōe dupliciter. Uno mō q: inductio semp hz ꝓ ꝯnte, ꝓponem vlem: hz exēplus q̄nq; pticularē ⁊ q̄nq; vlem habet si large capiat. Exēplum de ꝯclusione singulari: vt sortes est risibilis: ꝯ plato est risibilis. Exēplum de pticulari vt brugenses sunt diuites: ꝯ ⁊ rothomagēses. De cōclusione ꝯo vl' hz in pmo notabili. ¶ Scdo differūt: q: inductio sp hz in añte plures, ꝓpones singulares. dūmodo subiectū ꝯsequētis hēat plura singularia: hz si nō hēat nisi vnū singulare tunc inductio i antecedēte nō hz nisi vnā, ꝓponez singularem: hz exemplū vt in plurib⁹ nō hz nisi vnā, ꝓponem singularē siue indefinitā siue pticularē hz tñ in añte exēpli possunt esse plures, ꝓpones pticulares vl' indefinite: ⁊ sil' in cōsequente.

Diffinitio loci dyalect.

¶ Locus est p quē argumentuz ꝯfirmat. ⁊ō dāda est ei⁹ diffinitio, put hic sumit. ¶ Uñ loc⁹ est sedes argumēti vl' id a quo ad ꝓpositā qōnem cōueniens trahit argumētum. Quid añt sit q̄stio dictū est. ¶ Et sciendū ē q̄ ꝓpō: qō: ꝯclusio: ⁊ enunciatiatio fm subam idē sunt. differūt añt fm rōes diuersas eni bnt rōes siue diffinitiones vt pri⁹ patuit. Scōm eni q̄ dubitabilis est oz q̄stio, put ho taz, ꝓbata est p argumentū est ꝯclō, put ponit, p alio in ꝓmissis est ꝓpō: q: ꝓpō oz hz q̄ est in ꝓmissis ad ꝓbandū ꝯclonem Enūciatio añt est fm q̄ significat eē vl' nō eē: vt sortes currit: sortes non currit. Loc⁹ añt diuidit in locū maximā: ⁊ in locū oziam maxie. Loc⁹ maxima idē est q̄ maxia. Uñ maxima ē ꝓpō qua nō est altera prior neq; notior: vt oē totū est maius sua parte. Itē de quocūq; p̄dicat diffinitio et diffinitū: ⁊ ō quocūq; p̄dicat spēs ō eodē p̄dicat genus. ¶ Locus differentia maxime est illud quo vna maxima differt ab alia: vt iste maxime

Differūt ꝓpositio: ꝯclusio ⁊ enūciatio

Diuisio loci.

Quid locus maxima.

Quid locus ozia maxie.

De quocūq; p̄dicatur spēs ⁊ gen⁹ ⁊ de quocūq; p̄dicat diffinitio ⁊ diffinitum. differūt ꝓ terminos ex q̄bus cōponūtur: vna eñ cōponitur ex genere ⁊ specie: altera ex diffinitione ⁊ diffinito. vñ isti termini simplices dicūtur differētie ⁊ maxie. ¶ Et sciendum q̄ taz loc⁹ maxima q̄m loc⁹ ozia maxime oz locus: q: vtrūq; ꝯfert firmitatez ⁊ robur argumēto. Uñ ꝓportionabiliter sumit hic locus ad locū in rebus naturalib⁹: q: sicut ille seruat res in esse: sic similiter hic locus confirmat argumētum.

¶ Circa hunc terum.

Intellect⁹ diffinitiōis loci

Primo notāduz ē q̄ hic nō capitur loc⁹ prime intētionaliter, p corpe locāte siue, p superficie circūdante corp⁹ locatuz: sed sc̄de intētionaliter, p loco logicali: nō, p loco sophistico: hz dialetico. Quid añt sit loc⁹ sophisticus logicalis videbit in tractatu de fallaciis. q̄d añt sit loc⁹ dialeticus videbit inferi⁹. Silr iste termin⁹ sedes in diffinitiōe loci nō capitur prime intētionaliter, p scāno siue earbedra: sed sc̄de intētionaliter, p illo p q̄ō ꝯfirmatur argumētum dialeticū. ¶ Uñ diffinitio loci data a Pe. hy. oz sic intelligi. ¶ Loc⁹ dialeticus est oratio ꝯfirmatiua argumēti dialetici vel termini ex q̄bus talis oratio cōponitur ex quoz terminoz habitudine ad inuicem talis oratio hz ṽitatem: ⁊ argumētum, ꝓpter talem orationem habet ṽitatem ⁊ euidētiam. Unde per hoc q̄ dicitur oratio cōfirmatiua tāgitur locus maxima: ⁊ per hoc q̄ō d̄: vel termini tāgitur locus differētie maxime.

Intellect⁹ diffinitiōis loci

Sequit de fallacijs faciẽtibus multiplex potẽtiale. s. de cõpositiõe diuisione & accẽtu. Et prius de cõpositione q̃ de alijs: qz paralogismi fiunt efficatiores ꝑm cõpositiones ad finẽ sophisticũ q̃ est apparẽs sapientia & nõ etiis. & iõ prius dicendũ est de cõpositione q̃ ad alijs. ¶ Cõpositio est coꝝ q̃ debẽt diuidi falsa vnio diuisio vo est coꝝ q̃ debent cõponi falsa diuiso. ¶ Fallacia compõnis est idoneitas decipiẽdi puenies ex identitate orõnis vn9 & eiusdẽ hz materiam & ꝑm scitũ magis debitũ pti bus in orõne positis. Cã apparẽtie hui9 fallacie est oro diuisa bñs idẽtitatẽ in materia cum orõne cõposita. Cã falsitatis siue defect9 est diuersitas sensus cõpositi a diuisio. ¶ Notandũ qñ orõ est vera in sensu diuiso & falsa in sensu cõposito: tũc est fallacia cõpositionis. & qñ orõ est falsa in sensu diuiso: & vera in sensu cõposito tunc est fallacia diuisionis. ¶ Dicit añt orõ cõposita qñ determinatio determinat determinabile illud qd magis apta nata est determinare: & sili dr orõ cõposita qñ dictiões ordinãtur ꝑm situ magis debitũ. Sz dr orõ diuisa qñ determiatio deteriat illud determiabile qd nõ est magis apta nata determiare. Uel qñ dictiões ordinant ꝑm situ minime debitũ. Und sumit bec orõ gra exempli. ¶ Quic qd viuit semp est in ista orõne sunt duo determiata. s. boc verbũ viuit: & boc vo est: & est vna deteriatio. s. sp Di g bec deteriatõ. s. sp deteriat boc verbũ est qd ponit a pte ꝓdicati: sic dicit orõ cõposita: qz tũc determinatio determiat deteriabile qd magis apta nata est determinare: qz illud vbum est ponit in situ magis debito s. in ꝓdicato. Si añt ly semp determinat boc verbũ viuit: sic dicit diuisa: qz determiat illd determiabile qd ẽ min9 apta nata deteriare: qz illd vera sub boc sensu. qd pot tã ferre vnũ solũ & ferre nõ plura: pot plura ferre Silr tu scis tñ tres boies currere posito casu q sex currãt & nescias d trib9. Et palogisatur sic. tu scis tñ tres boies currere: sz q̃cqd scit ẽ verũ: ergo tñ tres boies currere ẽ verum. maior est duplex: qz bec dictio tñ pot determinare boc vbũ scis. tũc est diuisa & vera: & nõ seqtur cõclusio. ¶ Uel ly tñ pot determiare boc vbũ currere. tũc est cõposita et falsa. & bene seqtur conclusio.

Declaratio exemplaris

Aliud exẽ.

Primus mod9 fallacie cõpõis.

Aliud exẽ.

Notandũ

Secus mo.

¶ Circa hunc textum.

Acceptões de ly cõpõ.

Primo notandũ est q hic ꝓnr pe. hy. determinat de fallacijs peccãtib9 penes multiplex potẽtiale. et prio de fallacia cõpositiõis ex quo paralogismi sunt efficaciores. Un ille terminus cõpositio capit dupl'r. Uno mõ large ꝓ qualibet vnione cõstructibili adinuicẽ. & sic nõ capit in ꝓposito. Alio modo stricte ꝓ cõpositione faciẽte fallaciam cõpositionis: et hoc mõ capit in ꝓposito. Et dr diffinitio cõpõnis sic intelligi. Cõpositio facies fallaciã cõpositõis est oratio falsa cuius ptes ordinant ꝑm situ magis debitũ. q̃ si ordinarent ꝑm situ min9 debitũ talis ofo cẽt vera vt ista oratio albũ cẽ nigrũ ẽ possibile: si ly albũ & ly nigrũ ordinarent ad diuersa extrema. ita q ly albũ cẽt subiectũ: & ly nigrũ ꝑdicatũ & possibile ps copule siue determinatio copule tũc illa ofo cẽt vera & diuisa & hẽt eũdẽ sensum cũ ista albũ possibile est nigrũ. Sz si ly albũ & ly nigrũ sint ptes subiecti ita q̃ hoc totũ albũ cẽ nigrũ est subm. & possibile ꝑdicatũ tũc ofo est cõposita & falsa. Un fallacia cõpõnis est argumẽtatio sophistica q̃ ppt idẽtitatẽ materialẽ ofonis cõposite false cũ diuisa vera videt ꝓbare aliquã ꝯclusionẽ quã tñ nõ ꝓbat ppt diuersitatẽ earũdẽ. Alr dscribit. fallacia cõpõnis est deceptio puenies ex eo q aliqs processus rõcinatiu9 videt ꝓbare aliquã conclusionẽ ꝓpter idẽptitatẽ materialem ofonis cõposite false cũ diuisa vera quã tñ non ꝓbat propter diuersitatẽ illarũ orationum.

Intel. diffinitionis fallacie cõpõnis.

Secũdo notandũ est q cã apparẽtie fallacie cõpõnis est ofo cõposita falsa eadẽ ꝑm materiã cũ diuisa vera. cui9 ptes ordinant ꝑm situ magis debitũ ppt quã idẽtitatẽ credit q sicut ofo cõposita infert ꝯclusionẽ q diuisa etiã inferat & sicut diuisa est vera q cõposita sit vera. Un cã apparẽtie siue locus dcia maxie hui9 fallie est isti duo termini. s. ofo eadẽ ꝑm materiã cũ ofoe diuisa vera & idẽtitas sensus. Cã vo apparẽtie siue loci maxia est bonis ofo cõposita falsa eadẽ cũ ofone diuisa vera sz bñe eũdẽ sensum cũ ea. ¶ Cã defect9 fallie cõpõnis est diuersitas sensus siue ꝓcept9 ofonis cõposite false a ꝓcepto siue sensu ofonis

Quid loci maxi. & dcia maxime fallacie cõpositionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuisē vere. Ih tūc est falla cōpōnis . qñ credit q̄ ofo cōposita sit ṽa ppt cōueniētiā quā hz cū ofone diuisa ṽa ⁊ ertā q̄ sicut ipa infert cclusionē qñ est cōposita falsa:q̄ etiā inferat eaz qñ est diuisa ṽa. Et sic in falla cōpōnis sp ofo cōposita est falsa:⁊ bñ infert cclusionem. ¶ Iste ter. Isti fallacie duo sunt mōi dz sic intelligi.i. duo termini cōes nō coincidētes in significādo ꝑm suas rōnes formales oēs fallacias compōnis significātes p quos diuidit fallacia cōpositionis diuisione logicali.

Prima spēs falle cōpositionis.

Tertio notandū est q̄ prim⁹ mod⁹ siue ꝑma spēs falle cōpōnis ē qñ fit paralogisinus ex eo q̄ in aliq̄ ofone ex nū dictū pōt cōiunctim cē subm vel ꝓdicatū principale totius ꝓpōnis vel vna ps illi⁹ dicti subm illius ꝓpōnis:⁊ alia ps ꝓdicatū vt in ista ofone sedēte possibile ē ambulare hoc totū.s. sedētez ambulare ꝑt capi ꝑ subo illi⁹ ꝓpōnis.⁊ tūc illa ofo est cōposita ⁊ falsa.q̄ sensus illi⁹ ē q̄ hec ofo sedēs ambulat.est possibilis. Uel iste termin⁹ sedentē pōt cē subiectū illi⁹ ꝓpōnis. ⁊ ille termin⁹ ambulantē ꝓdicatū et mod⁹ ps cōpule.⁊ sic est diuisa ⁊ ṽa ⁊ sensus ei⁹ est ille q̄ nūc est sedēs possibiliter est ambulās et sic posset fieri paralogism⁹ quēcūq̄ possibile ē ambulare possibile est vt ambulet sedentē possibile ē ambulare:q̄ possibile est q̄ sedēs ambuler.mino:ē dupler.eo qō hoc totū sedētē ambulare pōt cē subm toti⁹ ꝓpōnis.⁊ sic ē cōposita:⁊ ꝑa ē bona ⁊ sicut cclusio est falsa ita ⁊ mino:. Uel ly sedentē pōt cē subm solū.⁊ sic ē diuisa ṽa:hz ꝑa nihil vz:q̄ cōmittit falla cōpōnis:q̄ si diuisa ṽa nō infert illā ꝓpōnez falsam quā infert cōposita falsa. ¶ Ista tñ ofo hz sedētē possibile ē ambulare de rigore logice ē diuisa si ille termin⁹ possibile capiat̄ sincathegoreumatice ex pte tñ isti⁹ teri possibile pōt distingui ex quo ille termin⁹ possibile pt capi multiplr vt visum est in ꝓmo tractatu.

Scda spēs fallacie cōpositionis.

Quarto notandū est q̄ scōs mod⁹ siue scda spēs falle compōnis ē qñ fit paralogisin⁹ ex eo q̄ in aliq̄ ofone ꝺterminatio pt fieri ad diuersa. vt in ista oratiōe q̄cunq̄ scit lras nūc didicit illas.illa determinatio nūc pt determinare illud ṽbū scit.⁊ sic est diuisa ṽa: vt dicit pe.hy. vel pōt deteriare illud ṽbū didicit.⁊ sic est ꝓpō falsa.⁊ pōt sic fieri paralogismus:q̄cunq̄ scit lras nūc didicit illas: hz antiqu⁹ grāmatic⁹ nūc scit lras:ḡ ātiqu⁹ grāmaticus nūc didicit illas. Maio:ē dupler eo q̄ illa deteriatio nūc pōt deteriare illud ṽbū didicit.⁊ sic ꝑa est bona ⁊ sicut cōclusio est falsa: sic maio:. Uel pōt determinare hoc verbum scit.⁊ sic maio: est diuisa vera ⁊ ꝓsequētia nō valet:q̄ cōmittitur fallacia ꝛcōpositiōis . De istis plura alia videbuntur in logica.

Cōtra dicta primo sic arg̃. Diffinitio compōnis nō cōuenit oi cōtento sub diffinito:ḡ est insufficiēs.añs pz. illa oratio est cōpositio aial currit ⁊ tñ diffinitio compōnis nō cōpetit ei. ¶ Scdo arg̃.sic.diuersitas significator̄ est cā defect⁹ in alijs fallacijs:ergo non est causa fallacie compōnis. ¶ Tertio sic arguit̄.illa oratio sedentē possibile est ambulare:est oratio modalis diuisa. cū in ea vnia⁹ predicatū materiale cum subiecto mediāte copula modificata:ergo nō pōt esse modalis cōposita.⁊ ꝑ ꝑñs penes eā non sumitur fallacia compositionis.

Ad primū dr negādo añs⁊ ad ꝓbatio nē dr q̄ hz ibi sit cōpositio large capiēdo illum terminū cōpositio ꝺnō tñ ibi est cōpositio faciēs fallaciā cōpositionis⁊ stricte capiēdo cōpositionē. ¶ Ad scām negatur ꝑñam:q̄ alia ē diuersitas significator̄ q̄ est cā defectus in fallacia cōpositionis:⁊ in alijs fallacijs. ¶ Ad tertiū dr q̄ hz illa oratio dergo:re logice sit modalis diuisa ⁊ nō cōposita: tñ ex vsu aliq̄n capit̄ in sensu cōposito.

Diffinitio fallacie diuisionis.

Dē fallacia diuisiōis q̄d aūt sit diuisio dictū est ꝓius. ¶ Fallacia diuisionis est idoneitas decipiendi ꝓueniēs ex eo q̄ oratio aliqua composita vera⁊ diuisa falsa:vna ⁊ eadē manens ꝑm materiā:differens ꝑm formā diuersa significat:que creditur ee vera in sensu diuiso:eo q̄ veritatē hz in sensu cōposito.Causa apparentie hui⁹ fallacie est oratio cōposita bñs idēptitatē in materia cū oratione diuisa.Uel cā apparentie est materialis idēptitas oronis eiusdē ꝑm subaz ⁊ ꝑm situz min⁹ debitū.Cā defect⁹ est diuersitas sensus diuisi a sensu composito. Istius fallacie duo sunt mōi ¶ Prim⁹ mod⁹ ꝓuenit ex eo q̄ aliq̄ ꝺiunctio pōt copulare inter termios vel inter ꝓpōnes ⁊ ꝑm istū modum paralogisat sic.Quecūq̄ sunt duo⁊ tria sunt duo ⁊ tria.q̄nq̄ sunt duo et tria ḡ q̄nq̄ sunt duo ⁊ q̄nq̄ sunt tria ¶ Ad hoc dicendū est q̄ minor est dupler:q̄ hec cōiunctio ⁊ pōt cōiungere inter terios vel inter ꝓpōnes. Si inter termios sic est cōposita vera.⁊ est sensus:duo ⁊ tria insimul iūcta faciūt quinq̄. Si inter ꝓpōnes sic ē falsa ⁊ diuisa: ⁊ ē sensus q̄ duo sunt q̄nq̄ per se:⁊ q̄ tria sunt q̄nq̄ ꝑ se qō est falsum. ¶ Sitr est hic quecūq̄ sunt duo ⁊ tria sunt paria ⁊ imparia : quinq̄ sunt duo et tria. ergo quinq̄ sunt paria ⁊ imparia.Dicendum est q̄ mior est duplex:q̄ ibi potest ee copulatio inter terios:⁊ sic ē vera ⁊ cōposita ⁊ est sensus: quinq̄ sunt duo ⁊ tria insiml cōiuncta.Uel ibi est copulatio inter ꝓpōnes:et sic est falsa ⁊ diuisa:⁊ est sensus q̄nq̄ sunt duo ⁊ q̄nq̄ sunt tria qō ē falsū. Sitr hic oē aial est rōnale vl irrōnale:sed non oē aial est rōnale:ḡ oē aial est irrationale. ¶ Dicendū q̄ maior ē duplex ex eo q̄ ista cōiunctio vl pōt cōiungere inter termios:⁊ sic est vera ⁊ cōposita:vl inter ꝓpōnes:⁊ sic est falsa ⁊ diuisa. ¶ Sitr hic. omne aial vl est sanum vl egrū. vel hic ois substantia est corporea vel incorporea: vl hic ois linea est recta vl curua. vñ oēs iste sunt vere q̄n cōiunctio ꝺiungit inter terminos:⁊ sunt composite hz sunt false q̄n coniunctio ꝺiungit inter oronis ⁊ ꝓpōnes ⁊ diuise: q̄ cōiunctio ꝑ se ⁊ ꝑmo est ꝺiunctiua ptium oronis:⁊ ex ꝑña ipa ꝺiungit oronem cū orone. ¶ Scds modus hui⁹ fallacie diuisionis ꝓuenit ex eo q̄ aliqua determinatio pōt referri ad diuersa determinabilia:vt hic quo vidisti hūc ꝑcussum hic ꝑcussus est: hz oculo vidisti hūc ꝑcussum: ḡ oculo ꝑcussus est. ¶ Dicendum q̄ mior est duplex:q̄ iste ablatiu⁹ oculo pōt determinare hoc ꝑticipiū ꝑcussus:⁊ sic est diuisa ⁊ falsa:⁊ est sensus tu vidisti hūc ꝑcussum oculo:⁊ sic sequit̄ cōclusio. Uel pōt determinare hoc verbum vidisti:⁊ sic est cōposita ⁊ vera ⁊ tūc est sensus:tu vidisti hunc ꝑcussum:hz tunc nō sequit̄ conclusio.

Prim⁹ modus falle diuisionis.

Aliud exemplum.

Aliā exempla.

Secundus modus

Aliud exemplum.

¶ Circa hunc tertium.

Acceptiōes ꝺ ly diuisio.

Primo notandū est q̄ iste terminus diuisio capitur duplr. Uno mō large ꝓ quacūq̄ oronē diuisa in q̄ termī ordinantur ꝑm situm minus debitū:siue illa sit vera siue falsa:⁊ hoc mō nō capit̄ in ꝓposito. Alio mō capit̄ stricte ꝓ oronē diuisa falsa faciente fallaciam diuisionis:⁊ hoc modo capit̄ in ꝓposito Et dz diffinitio ei⁹ sic intelligi. Diuisio faciēs fallaciā diuisionis est oro falsa:cuius ꝑtes ordinant̄ adinuicē ꝑm situm minus debitū q̄ si vnirent siue ordinarent̄ adinuicē ꝑm situm magis debitū oro esset vera. Sz fallacia diuisionis ē argumētatio sophistica q̄ ꝓpter idēptitatē ma

Intel. diffi. fallacie diuisionis.

Aliud exemplum.

terialē oratiōnis diuise falsē cū cōposita vera videt ꝓbare aliq̄ cōclusionē quam tñ nō ꝓbat ꝓpter diuersitatē sensus eius a sensu oronis ꝓposite vere.alit diffinit. Fallacia diuisionis ē deceptio ꝓuenies ex eo q̄ aliqs ꝓcessus rōcinatiu⁹ videt ꝓbare aliquā cōclusionē ꝓpt idēptitatē materialē oronis diuise falsē cū cōposita vera:quā tñ nō ꝓbat ꝓpt diuersitatē sensus oronis diuise vl falsē a sensu oronis ꝓposite vere

Alia diffi. fallacie diuisionis

Quidlocus maxima et dcia maxi. i fallacia diuisionis

Secūdo notandū est q̄ cā apparētie fallacie diuisiōis est oro diuisa falsa eadē ꝑm materiā cū cōposita vera: cuius ꝑtes separant̄ abinuicē: siue ordinant̄ ꝑm situz minus debitū ꝓpter quā idēptitatē credit̄ q̄ si cut cōposita est vera q̄ etiā diuisa sit vera:⁊ q̄ sicut diuisa infert cōclusionē falsam q̄ cōposita inferat eandē. Ih cā apparentie siue locus a dcia maxie est isti duo termini oratio eadem ꝑm materiā ⁊ idēptitas sensus siue ꝓcept⁹. Cā apparētie siue loc⁹ maxima est ista oratio. ois oratio diuisa falsa eadē ꝑm materiā cū cōposita vera dz habere eandē sensum siue cōceptuz cū illo cui subordinat̄ oratio composita vera. Causa defect⁹ fallacie diuisiōis est diuersitas sensus orationis diuise falsē a sensu cōposite vere. ¶ Iste ter. isti⁹ fallacie duo sunt mōi: sic intelligit̄. Duo sūt termini cōes nō coincidētes in signando ꝑm suas rōnes formales oēs fallacias diuisionis signtes ꝑ quos iste termin⁹ fallacia diuisionis diuidit̄ diuisione logicali.

Prima spēs falle diui.

Tertio notandū est q̄ ꝑmus mod⁹ fallacie diuisionis est q̄n fit paralogisinus ex eo q̄ in aliqua oronē aliq̄ ꝺiunctio cōiungit inter termios in sensu vero vel inter ꝓpositiōes in sensu falso: vt in ista oronē. duo ⁊ tria sunt q̄nq̄:illa ꝺiunctio et pōt ꝺiungere inter istos duos terios.s. duo ⁊ tria.ita q̄ illa ꝓpositio sit vna cathegoretica de copulato subo ⁊ tūc est cōposita vera. Ul inter ꝓpōnes ita q̄ illa oratio sit vna hypotetica:⁊ sic est diuisa falsa. Et sic fit paralogismus q̄cunq̄ sunt duo ⁊ tria sunt paria ⁊ imparia: hz q̄nq̄ sunt duo et tria:ḡ q̄nq̄ sunt paria ⁊ iparia. in isto paralogismo maior mino: ⁊ silr cōclusio sunt duplices eo q̄ illa ꝺiunctio et pōt ꝺiungere inter terios vbiq̄:⁊ sic ꝑña est bona ⁊ ꝑmisse sunt vere : ⁊ etiā ꝛclo: vl pōt ꝺiungere vbiq̄ inter ꝓpōnes: ⁊ sic ꝑmisse sunt falsē ⁊ etiā ꝛclo:⁊ bñ hz ꝑña Uel pōt in ꝑmissis ꝺiungere inter terios ⁊ in ꝛclone inter ꝓpōnes:⁊ sic ambe ꝑmisse sunt vere ⁊ ꝛclo falsa:⁊ ꝑña nō hz:q̄ cōmittit fallacia diuisiōis. ¶ Silr sic pōt fieri paralogism⁹ oē aial est rōnale vl irrōnale:sed nō oē aial est irrōnale:ḡ oē aial est rōnale:vel illa ꝺiunctio vel in maiore pōt ꝺiungere inter ꝓpōnes: et sic ꝑña est bona:⁊ maior est diuisa falsa. vel illa ꝺiunctio vl pōt ꝺiungere inter terminos: ⁊ sic maior est cōposita vera:sed ꝑña nō valet sed commit̄ fallacia diuisionis.

Aliud exemplum.

Scda spēs falle diui.

Quarto notanduz est q̄ scōs mod⁹ siue scda spēs fallacie diuisionis ē q̄ fit paralogismus:ex eo q̄ in aliq̄ oronē determinatio pōt ordiari cū aliq̄ determiabili ꝑm

Universidad de Deusto
Biblioteca

situm minus debitū in sensu falso ⁊ cū alio determinabili ſm situ magis debitū in sensu vero vt in ista oratione. tu vidisti oculo percussū: iste termin⁹ oculo pōt determinare hoc verbū vidisti: ⁊ tūc est cōposita vera: vl'pōt determinare hoc participiū percussum: ⁊ sic est diuisa falsa: ⁊ pōt sic fieri paralogism⁹. quēcūq; vidisti oculo percussuz ē percussus: ſz nō percussum oculo vidisti percussuz: ḡ nō percussus est percussus. maior ⁊ minor sunt duplices: eo q̄ illa determinatio oculo tā in maiore q̄ in minore pōt determinare hoc participiū percussū ⁊ sic ꝓnia est bona ⁊ minor est falsa: vl'pōt determinare hoc verbū vidisti: ⁊ sic minor est vera ⁊ consequentia nō valet: ſz committit fallacia diuisionis.

Contra dicta primo sic ar. Hic est diuisio sortes exīs hō nūc est aīal. ⁊ tñ diffinitio diuisiōis nō cōpetit ei: ḡ est insufficiēs. Scōo sic ar. vbi nō est nisi vnuz p̄dicatū: ibi nō est nisi vna ꝓpō: ſz h̄ duo ⁊ tria sunt ꝯ nō est nisi vnū p̄dicatū: ḡ nō est nisi vna ꝓpō: ⁊ p ꝓnās nō pōt ꝺiungere inter ꝓpōnes. Tertio sic ar. tūc est scōs modus fallacie cōpositionis q̄n aliq̄ dictio pōt fieri ad diuersa: ḡ nō est scōs modus fallacie diuisionis.

Ad rōnes ī oppositum.

Ad primū dicit⁹ q̄ ly sit diuisio large capiendo illū terminū diuisio nō tñ capiēdo stricte. ¶ Ad scōm ꝺo: q̄ ly ibi nō sit nisi vnū p̄dicatū vocal'. tñ ꝑhit esse duo mētaliť. ¶ Ad tertiū negať ꝓnia: q; hoc est ꝺ. uersimo ꝺo: q; scōs mod⁹ falle diuisiōis ē q̄n illa dictio ferť ad vnū ſm situ min⁹ debitū i sensu falso: ⁊ ad aliud ſm situm magis debitum in sensu vero.

Diffinitio accentus.

Equiť de fallacia accent⁹ Accētus est certa lex vel regula ad eleuandū vel de primēdū syllabā vniuscuiuscūq; dictiōis. Et iste accētus diuidiť in accentū graue acutū ⁊ circūflexū. Grauis est q̄ deprimiť in fine Acut⁹ accent⁹ est q̄ in fine eleuať vel acuiť. Circūflex⁹ est q̄ acuiť ⁊ deprimiť sil. Vel circūflex⁹ est q̄ ꝓcedit ab ymo ⁊ ꝓcedit in altū ⁊ finaliť tendit in ymū vt ibi'm. ¶ Fallacia accent⁹ est idoneitas decipiēdi puenīēs ex multiplicitate dictōis eiusdē ſm subam diuerse ſm modū ꝓferēdi diuersa significātis. Causa apparētie bu⁹ fallacie est vnitas dictōis ſm materiā vl' ſm subam solū. Causa defect⁹ est diuersitas significator⁹. ¶ Iſti⁹ fallacie duo sunt mōi. Primo mō puenit ex eo q̄ aliqua dictio pōt ꝓferri diuersis accentib⁹: vt hic oīs ꝓpō est arbor: gens est ꝓpūs: ḡ gens est arbor. ¶ Dicendū est q̄ maior ē duplex: q; prima syllaba huius dictionis populus pōt ꝓferri longa: ⁊ sic est vera ⁊ nō sequiť cōclusio. Vel potest ꝓferri breuis: ⁊ sic est falsa ⁊ seq̄tur cōclusio. Siliť hic. oīs ara est in templo: stabulum porcoz est ara: ḡ stabulum porcoz est in templo. Dicendū hic sicut prius. Siliť hic quicquid hamať hamo capitur: mulier amatur: ergo mulier hamo capiť. Dicendum q̄ maior est duplex: ideo q̄ hec dictio hamať pōt ꝓferri cū aspiratione: vel sine aspiratione. Si primo modo sic est vera ⁊ nō sequiť cōclusio. si scōo modo sic est falsa ⁊ seq̄tur cōclusio. Vel sic. quoscunq; viros iustū est pēdere dignū est penā pati ſz iustos viros iustū est pēdere: ḡ iustos viros dignū ē penā pati. Utraq; p̄missarū est duplex: eo q̄ h̄ dictio pendere pōt ꝓferri media longa: vel media breui: ſm primo modo: sic maior est vera ⁊ minor falsa. si scōo modo tunc econtra maior est falsa ⁊ minor vera: ⁊ sicut cōclusio est falsa ita aliq̄ qua p̄missaꝝ. ¶ Scōo modo ꝓuenit ex eo q̄ aliqua vox pōt ēe dictio vel oratio: vt hic: tu es qui es: ſz q̄es est requies: ergo tu es req̄es. ¶ Dicenduz q̄ maior est duplex eo q̄ qui es pōt esse dictio vl' oratio. Si sit dictio tunc est falsa ⁊ sequiť conclusio Si sit oratio sic est vera ⁊ nō sequiť cōclusio. Siliť hic. quicq̄d fecit deus in vite fecit deus coacte: ſz deus fecit vinum in vite: ḡ deus fecit vinuz coacte. Dicēdū q̄ maior est duplex: eo q̄ inuite pōt esse oīo vel dictio. si dictio: sic est vera ⁊ nō sequiť cōclusio vel pōt esse oīo: ⁊ sic est falsa: ⁊ sequitur cōclusio ¶ Siliť hic. quicunq; bz dilectionē supnam bz dilectionē dei vsurarius bz dilectionē supnam: ergo vsurarius bz dilectionez dei. Dicendum q̄ hec dictio supnam pōt capi dupliť. Uno modo vt est dictio: et sic minor est falsa ⁊ sequiť cōclusio. Alio modo pōt esse oīo: ⁊ sic est vera: ⁊ nō seq̄tur conclusio. ¶ Siliť hic metuo longas pereūte noctes lidia dormis. Unde hec dictio metuo potest esse dictio vel oratio.

Aliud exemplum

Aliud exemplum

Aliud exemplum.

Secundus modus.

Aliud exemplum

Aliud exemplum

¶ Et rea hunc textum.

Acceptōes accentus.

Primo notandū est q̄ iste termin⁹ accentus capiť dupliť. Uno mō large ⁊ tūc describiť sic. Accētus est mod⁹ significādi ꝓferendi vel scribēdi dictionē incōplexaz. ¶ Dr notāter significādi ad dīam eleuationis vel depressiōis in cātu vel in melodia: q; talis eleuatio vel depssio nō mutat significationē. ¶ Dr notāter incōplexā addīaz oīonis cōpositē vel diuise. ¶ Uīī in isto mō ꝓferēdi vel scribendi ſttuor accidūt. ¶ Prio cōtinuitas ⁊ interruptio. oīs essi dictio ꝺz ꝓferri siue scribi ꝓtinue sine suarū partiū. s. litterarū ⁊ syllabarū interruptione. ¶ Scōo accidit tps in ꝓnūciatiōe suarū partiū. ita q̄ aliq̄ dictiōes ꝓferunť longe ⁊ aliq̄ breues. ¶ Tertio accidit dictōis aspiratio scribiť ei dictio q̄nq; cū aspiratione vt hamo q̄nq; sine aspiratione vt amo. ¶ Quarto accidit dictionis accentus: ⁊ hoc capiendo accentum ꝓprie, ⁊ isto modo capiendo accentum diffinitur sic. Accentus est vox prolata ſm eleuatiōē vel depssionē ſm eū diuersas ptes. ¶ Et hoc modo capiendo accentū solet diuidi ꝑ accentū graue: acutum: ⁊ circūflexum. Et horuz diffinitiones satis patent in textu.

Quattuor accidētia accentus dictionis.

Intel. dict. falle accēt?

Secūdo notandū est q̄ falla accētus ē deceptio puenīēs ex eo q̄ aliquis ꝓcessus rōcinatiu⁹ videť ꝑbare aliquaz cōclusionē ꝓpter idēptitatē materialē dictiōis cū alia dictiōe. quā tñ nō ꝑbat ꝓpter diuersitatē ei⁹ ab alia. Aliter diffiniť sic. Falla accentus est argumētatio sophistica. q̄ ꝓpter idēptitatē materialē dictiōis cū alia dictiōe videť ꝑbare aliquā ꝯclusionē quā tñ nō ꝑbat ꝓpter diuersitatē ei⁹ ab alia. ¶ Ex apparentie fallacie accētus ē dictio eadē solū ſm materiā cū alia dictiōe ꝓpter quā credit⁹ q̄ argumētatio sophistica ꝑbat ꝯclusionē. Uīī cū apparētie siue locus ꝺria maxime est illi duo termini. s. dictio eadē ſm materiā ⁊ eadē ſm significatū. Sz locus maxia fallacie accētus ē ista oīo ois dictio eadem ſm materiaz ꝺz hr̄e idē significatū. Sz cā defectus fallacie accentus est diuersitas significati illi⁹ dictiōis cuius idē ſm materiā solū a significato alterius dictionis. ¶ Iste ter. Iſti⁹ falle duo sunt modi sic intelligiť. Duo sunt termini cōes nō coincidētes in significādo ſm suas rōnes formales oēs fallacias accētus mūdi significāres.

Quid locus maxia ⁊ differētia maxim⁹ falle accentus.

Prīa spēs falle accēt⁹

Tertio notandū est q̄ primus modus fallacie accentus est q̄n fit argumētatio sophistica ex eo q̄ in aliqua oīone ponit aliq̄ dictio cui⁹ aliqua syllaba pōt ꝓferri longa vel breuis. ⁊ ſm hoc diuersa significat: vt illa dictio ppūs �varia aliud significatuz q̄n prīa eius syllaba est breuis. ⁊ aliud q̄n ea⁹ syllaba prima est lōga: vt prz in isto metro Ppūs est arbor: ppūs collectio gētis. Et pōt sic fieri paralogism⁹. Ois ppūs est arbor: gens est ppūs: ergo gens est arbor. Maior ⁊ minor sunt duplices: eo q̄ iste termin⁹ ppūs in vtraq; p̄missarū pōt capi vt hz primā longā ⁊ sic maior ē vera ⁊ minor falsa. ⁊ ꝓnia est bona. Vel pōt capi in vtraq; p̄missarū vt hz primā breue: et sic maior est falsa ⁊ minor vera: ⁊ hn valet ꝓnia. Vel ponit in maiore: vt hz primā longaz ⁊ in minore vt habet primā breuem: ⁊ sic premisse sunt vere ⁊ ꝓnia non valet: q; committitur fallacia accentus ſm primū modum.

Scōa spēs accentus.

Quarto notandū est q̄ scōs mod⁹ ē q̄n fit argumētatio sophistica ex eo q̄ vox vna ſm materiā pōt ēe dictio vl' oīo vt hec vox quies pōt ēe due dictiōes. s. hoc nomen q̄ ⁊ hoc ꝟbū est. Vel pōt ēe nomē significans idē sicut requies. Primo mō hz duos accentus ꝑdominātes. Scōo mō nō hz nisi vnū Et pōt sic fieri paralogismus. Tu es q̄es: ſz quis es est req̄es: ḡ tu es requies. Utraq; p̄missarū est duplex eo q̄ illa vox quies in vtraq; pōt capi vt est due dictiones: ⁊ sic ꝓnia est bona. ſz sic minor est falsa. Vel pōt accipi in vtraq; p̄missarū vt est vna dictio ⁊ sic ꝓnia est bona: ⁊ maior falsa. Vel pōt capi in maiore vt est due dictiones: ⁊ in minore vt est vna dictio: ⁊ sic ambe premisse sunt vere: sed ꝓsequentia non valet: q; cōmittitur fallacia accidentis.

Cōtra dicta primo sic ar. Deceptio puenīēs ex multiplicitate dictiōis plura significātis est falla equiocationis: ḡ nō est fallacia accent⁹. ¶ Scōo sic ar. in isto palogismo q̄d hamať hamo capiť: ſz mulier amatur: ḡ mulier hamo capiť solet assignari fallacia accētus: ergo fallacia accētus nō puenit ex diuersitate accentus. ¶ Tertio sic arguiť. nō ponit fallacia ex pte ꝓis. ergo male ponit fallacia ex pte accētus.

Ad primū ꝺr q̄ ly deceptio puenīens ex multiplicitate dictionis plura significātis q̄ est actualiter vna sit fallacia equiocationis nō tñ deceptio puenīēs ex dictiōe q̄ ē solū materialr ⁊ potēcialr vna. ¶ Ad scōm ꝺr q̄ ly nō sit ibi diuersitas accēt⁹ stricte capiēdo accētū tñ bñ est ibi diuersitas accēt⁹ large capiēdo accētū. ¶ Ad tertiū negať assis q; illa fallacia ꝓnit⁹ nō fallacia accētus.

Sequitur de fallacia figure dictionis: fallacia figure dictionis vltimo ponit inter fallacias in dictiōe. q; facit multiplex fantasticū. ¶ Figura cūi est q̄ termino vel terminis claudiť termino vt circulus: terminis vt triangulus quadrāgulus ⁊ similitudinarie hic accipiť. ¶ Fallacia figure dictionis est silitudo dictionis cū dictione penes finalē ter

Diffinitio falle figure dictionis.

Quid multiplex fantasticum.

terminationē in pte nō idē significā te:ꝛ facit multiplex fantasticū. Est aūt multiplex fantasticuz qñ aliq̄ dictio figit vnū:ꝛ videt significare aliud ꝓpter silitudinē quā bz in pte cū alia dictiōe vt videre significat passionē ꝛ videt significare actionē ꝓpter boc ꝙ est sile buic ꝙbo agere. Eā apparēte buꝰ falle ē silitudo dictionis in pte cū alia dictiōe nō idē significāte. Eā defectꝰ buꝰ falle est diuersitas eoꝝ que vident eē silia. Ista aūt silitudo fit tribꝰ mōis. s. voce: significatōe:ꝛ suppōne. et ꝑm boc tres sunt modi buꝰ fallacie. ¶ Primus modꝰ ꝓuenit ex sili teriatōe dictionis cū alia dictōe vt q̄liscūq̄ est musa talis est poeta: sz musa ē femini gīis: ḡ poeta ē femini gīis. Dicendū negando ꝯsequentiaz. qz nō seq̄tur ꝙ si aliq̄ sint eiusdē teriatiōis: ꝙ sint ꝓpterea eiusdē gīis. Silr hic ois aq̄ est humida fluuiꝰ est aq̄: ḡ fluuiꝰ est humida. ¶ Dicendū est ꝙ nō seq̄tur nec opz ꝙ si fluuiꝰ sit aq̄: ꝙ ḡ quicq̄d dicat de aqua ꝙ b̄ etiā dicat de fluuio sub eadē terminatiōe. ¶ Vel sic. ois bō est albꝰ: mulier est bō: ḡ mulier est albꝰ. Eīn in oibꝰ ꝓdictis paralogismis masculinū interp̄tat femininū. Si ꝙbo formet sic paralogismꝰ musa ꝛ poeta silr teriant in a: sz musa ē femini gīis: ḡ ꝛ poeta. tūc nō ē ibi fallacia figure dictiōis: sz falla ꝯtis a cōiter accidētibus vt postea patebit. Scōs modꝰ ꝓuenit ex mutatione vnius ꝓdicamēti in aliud. Vel qñ vna spēs vnīꝰ ꝓdicamenti mutat in aliā spēm vt hic. q̄cquid beri emisti bodie comedisti: carnes crudas beri emisti. ḡ carnes crudas bodie comedisti. Dicendū ꝙ nō seq̄tur qz q̄cquid dicit rem de ꝓdicamēto substātie. ꝛ crudū dicit rem de ꝓdicamēto qualitatis: ꝛ sic ꝓceditur de vno ꝓdicamēto in aliud. Silr hic. quicq̄d beri vidisti bodie vides: sz albuz beri vidisti: ergo albū bodie vides. Dicendū ꝙ nō seq̄tur: qz album signifikat per modū qualitatis quicq̄d vero dicit rez de ꝓdicamēto substātie. Silr hic. do tibi solū denariū: sz solū denariū non habeo. ergo do tibi q̄d non habeo. ¶ Dicendū ꝙ hec dictio soluz: dicit relationē: qz vt habet in scdo elenchoꝝ: solum dr quasi nō cū alio. ꝛ hec dictio q̄d dicit substantiā ꝛ sic ꝓceditur a relatiōe ad substantiā. Silr hic. aliquis dat cito equuz. sed non bz cito equū: ergo aliq̄s dat cito q̄d nō bz. ¶ Dicendū ꝙ non seq̄tur: qz cito dicit modū actus siue q̄litatē: ꝛ q̄d dicit substantiā: ꝛ sic procedit a qualitate ad substantiā. Similiter si ꝓcedit ab vna specie vnīꝰ ꝓdicamēti ad aliam: vt q̄tuscūq̄ digitos beri habuisti: hodie habes: sz decem digitos beri habuisti. ḡ decem digitos hodie habes. posito ꝙ vnū amiseris. ¶ Dicendū ꝙ nō seq̄tur: qz hec dictio q̄tuscūq̄ dicit q̄titatē continuā: ꝛ hec dictio decem dicit q̄titatē discretā. ¶ Tertius modus ꝓuenit ex diuersa suppositione termini: vt bō est spēs: ergo aliquis bō est spēs. Et hic. bō est dignissima creturarū. ergo aliquis bō est dignissima creturarū. Hic ē ꝓcessus a simplici suppōne ad personalem. Silr hic. omnis homo est aial. ergo omnis bō est hoc animal. Silr hic. animal est soztes aial est plato. ꝛ sic de alijs ergo animal est ois bō. Hic fit ꝓcessus a plurib⁹ determinatis ad vnā determinatā. Et iste modus solet appellari vniuocus: qz ille terminus aial vniuoce ꝛ equaliter se bz ad oia suppōsita. Eīn in qualibet ꝓmissarū suppōnit ꝓ vno in ꝯclusione vero ꝓ pluribus. ꝛ sic variatur eius suppositio. Et intelligenduz ꝙ in ꝓdictis quale q̄d interp̄tat boc aliq̄d. i. cōe vel vle interp̄tat singulare. Si eīn aial interp̄tatur boc aliq̄d ꝛ tūc arguat: aial est soztes aial est plato: ꝛ sic de alijs ergo aial est ois homo. est bonum argumentuz sicut hic. soztes currit: plato currit, et sic

Aliud exē. Aliud exē. Aliud exē.

ñ bñ est figura dictōis si capiat scōe itētiona liter. ¶ Ad scōm ōz negādo añs: qz falla figure orōnis cōtinet sub falla figure dictionis. ¶ Ad tertium dicit negando ꝓñam: qz tertius modꝰ intelligit dūmodo variat suppositio cōfusa tñ in determinatā: ⁊ nō quādo variatur suppositio simplex in psonalem: vt ecōtra.

Fallacie ex tradictionē

Equitur de fallacijs ex dictionem q̄ sunt septē. s. accidens ſm q̄d ad simpliciter ignorātiq elenchi petitio ꝓncipij. ꝙis non cā vt cā ſm plēs interrogatiōes: vt vnā. Differūt iste falle a fallacijs in dictiōe: qz falle in dictōe bñt cāz apparētie ex pte vocis ſz falle ex dictionē bñt cāz appentie ⁊ defectꝰ ex pte rei ⁊ nō ex pte vocis ⁊ ꝓpter hoc dicunt ex dictionē. Inter

Dꝛia fallarum ſpictione ⁊ extra dictionem.

Quid accſ in ꝓposito.

bas ꝓmo dicendū est de falla accidētis. ¶ Ēn accidēs ꝓut h̄ sumit idē ē q̄ extraneū in pte idē ⁊ in pte diuersum vt hic: bō est spēs: soꝛtes est bō ergo soꝛtes est spēs. bō est in parte idē cum spē. s. q̄n sumit ꝓ re vt: ⁊ in parte est diuersum a spē. s. quādo sumitur ꝓ suppositis. ¶ Notanduz q̄ in fallacia accidētis sunt ista tria. s. accidens: res subiecta ⁊ attributum Exempluz: vt bō est spēs: soꝛtes est bomo: ergo soꝛtes est spēs: boc medium bō est res subiecta ⁊ minoꝛ extremitas: vt soꝛtes est accidēs: maioꝛ extremitas est attributū. Causa apparētie est cōuenientia aliquoꝝ duoꝝ in aliquo tertio ſm ꝓtem: siue est ꝓtialis identitas aliquoꝝ duoꝝ

Notabile.

Primus modus falleꝝ accidentis.

Causa defectus est diuersitas eoꝝ dem. ¶ Huius fallacie tres sunt modi. Primus modus ꝓuenit ex eo q̄ aliq̄d vere ꝓdicatur de aliquo subiecto: ⁊ ꝓpter hoc credit dici de accidēte eius a quo est diuersuz. Vel sic q̄n aliquid ꝓmo attribuitur rei subiecte in premissis: ⁊ postea attribuitur eius accidēti in cōclusione. vt hic: bō est species soꝛtes est bō: ergo soꝛtes est spēs. ¶ Dicendum q̄ nō valet: qz ille terminus spēs qui est attributū assignat ineſſe soꝛti q̄ est accidēs: eo q̄ dicit de boie q̄ est res subiecta. ¶ Silr hic. aial est genus: bomo est aial: ergo est gen⁹. ¶ Silr hic. oē es est naturale: statua ē es: ergo statua est naturalis. Non sequitur: qz naturale vere ꝓdicat de ere: ⁊ ꝓpter hoc attribuit in cōclusione statue: q̄ nō est verū. Silr hic cognosco chozuscū chozuscus est veniens: ergo cognosco venientē. ¶ Dicēdum q̄ nō opoꝛtet q̄ si cognoscas chozuscum ſm se q̄ ꝓpter hoc cognoscas sub illo accidente q̄ est veniens. ¶ Secundus modus ꝓuenit ex ꝑticulari idētitate aliquoꝝ duoꝝ in aliquo tertio. Vel q̄n aliq̄ cōmune ꝓdicatur de aliquibus duobus: cū q̄bus est in pte idez ⁊ in pte diuersum: ⁊ ꝓpter hoc illa duo credunt esse eadē inter se: vt hic soꝛtes est bō: plato est bomo: ergo soꝛtes est plato. ¶ Similiter hic. bomo est aial: equus est animal: g̃ equꝰ est bomo. ¶ Dicenduz q̄ nō opoꝛtet q̄ si aliqua duo conueniant in aliquo tertio q̄ ꝓpter hoc conueniant inter se. ¶ Tertius modus ꝓuenit quādo ex duobus accidētibus diuisim sumptis male inferꝛ aliq̄d cōiunctuz ſm accidens: vt iste est albus: ⁊ est monachus: ergo est albus monachꝰ. Similiter hic. iste canis est pater ⁊ est tuus: ergo est pater tuus. Non sequitur: qz licet illa cōueniant in aliq̄bus ſm ꝓtem. tñ ſm ꝓtem alia differunt. ¶ Et sciendū q̄ nō licet inferre ex diuisis ꝙiunctum: vt habeꝝ scōo periermenias: qd̄ ꝓdicanꝝ diuersa accidentia sibiꝝmicē ꝓ accidēs cōuenientia: sicut albū esse monachū. Similiter q̄n duo ꝓdicantur: quoꝝum secundum intelligit in primo: vt vle i suo specialioꝛi: vt iste ē bomo: ⁊ est animal: ergo est bomo aial: qz aial intelligitur in bomine sicut albū in bomine albo. Sed in oibus alijs ſz ex diuisis inferre ꝙiunctum. ¶ Ēn notandum est q̄n aliqua duo accidentia ꝓdicanꝝ de aliquo: quoꝝ primū est in subiecto per alterum: ⁊ nō per se: ex talibus diuisiz captis nō licet inferre ꝙiunctum nec ecōtra: vt iste est albus: ⁊ est monachus: ergo est albus monachꝰ. Naz albedo nō est in subiecto ſm se: ſz ſm habitū. Silr ex ꝙiunctis nō licet inferre diuisum: q̄n illa que cōiungūtur diminuit de rōne alterius: vt iste est bō mortuus: ergo est bō ⁊ est mortuus. In oibus aūt alijs ſz ex cōiunctis inferre diuisuz. Sed illud vltimū argumētum facit fallaciam ſm quid ad simplr.

Alia exempla.

Aliud exemplum

Scōs modꝰ eiusdem

Aliud exemplum

Tertiꝰ modus dus eiusdē.

Aliud exemplum

Oñ ex diuisis nō sequitur coniunctum.

Regula bona.

¶ Circa ꝙ unc textum.

Primo notādum est q̄ hic ꝓñr auctor determinat de fallacijs extra dictōem. Quot aūt sunt fallacie extra dictiōem satis ꝓz in tex. Et iter has fallacias ꝓio determinat de fallacia accidētis. Ēn in ꝓposito nō capit accidēs vt distinguit ꝓtra subam nec ꝓ ꝓdicabili distincto ab alijs: nec ꝓ casuali aut fortuito: ſz capitur ꝓ medio sufficiēter dispositio ad inferēdum aliquā ꝛclusiōez siue ꝓ tertio qui aliquo mō ꝓuenit cum alio: ⁊ aliquo mō cum alio tertio. Unde ad fallacias ꝓio accidētis tria requrūtur scz accidēs res subiecta siue subiectū maioꝛ extremitas siue attributū. ¶ Fallacia accñtis ē deceptio ꝓueniēs ex eo q̄ aliqs ꝓcessus rōcinatiuus videt ꝓbare aliquā ꝛclusionez ꝓpter vnionē vel sep̄atōz extremitatū cū medio quam nō ꝓbat ex eo ꝙ extremitates nō sic vniūtur vel sep̄atur inter se siue ꝙiūctim ꝓdicātur de eodē tertio in ꝛclusione.

Intel. diffi. fallacie accidentis.

Alia diffinitio fallacie accidētis

Secundo notāduz ē q̄ aliter ꝑt diffiniri. Fallacia accidētis ē argumētatio sophistica q̄ videt ꝓbare aliquā conclusionē ꝓpter vnionē vel sep̄atōz extremitatuz cū medio: quā tñ nō ꝓbat ex eo ꝙ extremitates nō sic vniūtur iter se vel sep̄atur in ꝛclusione: vel eo ꝙ medium est insufficiēter ordinatuz ad inferēduz de necessitate ꝛclusionē vt iste paralogiſm⁹ ē fallacia accidēt. aial ē bō. ⁊ oīs asinus est aial. g̃ asin⁹ est bō. ¶ Ad illa ꝓbatio fallacie accñtis ē extremitates q̄ vident esse debite ordinate cū medio. Ēn locus dꝛia maxie fallacie accidētis: est isti duo termini scz cōuenientia vel discōuenientia extremitatū cum medio: ⁊ ꝓueniētia: ⁊ discōuenientia extrmitatū inter se. Ez loꝰ maxia fallacie accñtis ē ista ofo qñcūq extremitates hñt ꝓueniētiā vel discōueniētiam cū medio in ꝑmissis tūc debēt hꝛe ꝓueniētiaz vel dꝛiam inter se in ꝛclusiōe. Causa defectꝰ fallacie accñt. ē extremitates q̄ non sic ꝙiūgūtur iter se vel ꝙiūctim ꝓdicātur de eodem tertio vel iter se nō sep̄atur i ꝛclone sicut cū medio ꝙiūgūtur vel sep̄atim ꝓdicātur siue discōueniūt cū medio in ꝑmissis. ¶ Iste textꝰ Dui⁹ fallacie tres ꝛc. sic intelligit. Tres sunt termini cōes nō coincidētes in significādo ſm suas rōnes formales oēs fallacias accidētis significātes ꝑ quos iste terminus fallacia accidentis diuidit diuisione logicali.

Quid loꝰ mari. ⁊ dꝛia mari. in fallacia accñt.

De fallacia accidentis fo LXXXV

Tertio notāduz ē q̄ ꝓmꝰ modꝰ siue ꝓma ſpēs fallacie accñtis ē q̄n fit paralogiſm⁹ ex eo q̄ ꝓpter vnionē extremitatū cū medio ꝑmissis creditur extremitates vniri in ꝛclusiōe. Et iste modꝰ se extendit ad oēs paralogiſmos affirmatiuos fallaccie accñt. vt q̄al est bō ⁊ asin⁹ ē aial. g̃ asin⁹ est bō. ¶ Ad illū paralogiſmuz rñdetur negādo ꝓñam: q: cōmittit fallacia accñt. eo q̄ ꝓpter vnionē extremitatum cū medio ꝓticulariter sūpto ī ꝑmissis nō sequitur ꝙuenientia illaꝝ extremitatū inter se in ꝛclusiōe ¶ Ēn ꝑ exēplo ꝓmi mōi pōit. p. b. istū paralogiſmū oē es ē naturale statua est es. g̃ statua est naturalis: ſz tñ ibi nō cōmittit fallacia accñtis: ſz ē bona ꝓña ⁊ nō est possibile ꝑmissas esse vras ꝛclone exñte falsa. Silr ponit pe. b. ſm aliquos text⁹ istō exēplo ois triāgulus ḥz tres āgulos eq̄les duob⁹ rect. ysocheles ē triāgul⁹. g̃ ysocheles ḥz tres āgulos eq̄les duob⁹ rect. ibi nō cōmittit fallacia alīq̄ nisi simul ꝛcludak. g̃ ysocheles ſm q̄ ysocheles ḥz tres āgulos eq̄les duob⁹ rectis: ⁊ tūc ꝓña nō valet: ſz cōmittit fallacia accñtis.

Primꝰ modꝰ siue ꝓma ſpēs fallacie accñtis

Quarto notāduz ē q̄ scōs modꝰ siue ſcda ſpēs ē q̄n fit paralogiſm⁹ ex eo q̄ aliq̄ duo singlaria ꝓueniūt cū aliquo ſuꝑiori ꝓticulr sumpto q̄ ꝓdicat de ipis ⁊ iō creditur illa iferioꝛa ꝙuēre iter se: vt hic ois bō est aial: ⁊ ois asin⁹ ē aial. g̃ ois asin⁹ ē bō ꝓña nō valz: qz cōmittit fall'a accñt. Tertiꝰ modꝰ siue tertia ſpēs ē q̄n fit paralogiſm⁹ ex eo q̄ aliq̄ extrema diuisiz ꝙiūgūtur cū aliquo tertio ī ꝑmissis ⁊ ꝓpt hoc credit q̄ ipa debeāt ꝓdicari ꝙiūctiz de eodē subo in ꝛclusiōe vt hic soꝛtes ē alb⁹: ⁊ soꝛtes ē monachꝰ. g̃ soꝛtes ē monachꝰ alb⁹. Silr hic. iste canis est pr ⁊ ē tuꝰ. g̃ iste canis ē pr tuꝰ. silr hic. iste ē clericꝰ ⁊ ē magnꝰ. g̃ ē clericꝰ magnꝰ. ¶ Ad istos paralogiſmos rñdetur negādo ꝓñam: qz cōmittit fallacia accñt. Ēn q̄n bene arguitur a diuisis ad coniūcta ⁊ q̄n non: videbit in libꝛo perybermenias.

Scōa ſpēs eiusdem.

Tertia ſpecies eiusdē

Cōtra dicta primo sic aꝛ. Nō est falla accñtis ꝓña ꝓz ꝑ filc. ¶ Scōo sic aꝛ. b ē falla accñtis nullꝰ bō ē asin⁹ ⁊ nullū rudibile ē bō: g̃ nullus rudibile ē asin⁹ ⁊ tñ nō ꝓtinet sub aliquo istorū modoꝝ: g̃ mōi sunt insufficiēter enūerati siue assignati. ¶ Tertio sic aꝛ. a diuisis ad ꝙiūcta ē bona ꝓña: g̃ nō cōmittit fall'a accñtis.

Ad primū dꝛ q̄ distinguit ꝓñs vl capiē do accñs vt distinguit ꝓtra subam ⁊ sic ꝓcedit ꝓña: vel capiēdo accñs ꝓ medio ī sufficiēter dispositio ad inferēdū ꝛclusionē ⁊ sic negat ꝓña. ¶ Ad scōz dꝛ ꝓcedēdo totū argumtū. Ad tertiū dꝛ q̄ ḥz debite arguēdo a diuisis ad ꝙiūcta sit bona ꝓña: nō tñ indebite arguēdo ſz cōmittit fallacia accñtis.

Quid dictū simplr ⁊ dictuz ſm q̄d.

Sequitur de fallacia ſm q̄d ad simplr. Dictum ſm q̄d appellatur hic determinatio diminuēs de rōne

Universidad de Deusto

vel de esse cui adiūgitur: vt cuz dico hō mortuū: mortuuz eīm diminuit de rōne bois. Dictum simplr appellat aliquid nō diminutuz vt hō. ¶ Fallacia fm qd ad simplr. ē idoneitas decipiēdi puenies ex apparēti puenientia dicti fm quid ad dictuz simplr. Causa apparētie buj fallacie ē puenientia buj dicti qō est fm quid ad illud qō est simplr: ꝛ ecōuerso. Causa falsitatis ē diuersitas significatoꝝ Fit aūt hec fallacia tot modis quot mōis ꝓtingit alicui addere deteriatiōem diminuētez. ¶ Prio fm ptez in mō vt ille est hō mortuꝰ. ḡ est hō. nō seq̄tur: qz mortuū diminuit de rō ne bois. Et hic chimera ē ens opinabile. ḡ chimera est ens. nō seq̄tur: qz opinabile diminuit de rōne buj qō est esse. ¶ Scōo mō fit fm ptem integralez: vt ethiops ē albꝰ fm dētes. ḡ est albꝰ. ¶ Tertio mō fit in bis que sunt ad aliq̄d vt diuitie nō sunt bone male vteti. ḡ diuitie nō sunt bone. nō sequitur lz eīm diuitie cōpate ad aliquid nō sint bone: tm̄ in se sunt bone. ¶ Quarto mō fit in bis q̄ fm locum sunt vt bonū est mactare pcem in tribulis. ḡ bonū est mactare pcez luū. vel sic. bonū est vti dicta in loc⁹ egrotatiuis. ḡ bonū est vti dicta. ¶ Quinto mō fit in bis q̄ sunt fm tps: vt bonuz est ieiunare in q̄dragesima. ḡ bonum est ieiunare. Vel sic. expedit alicui mederi q̄n egrotat. ḡ expedit alicui mederi. nō seq̄tur: qz lz expediat mederi fm qd nō tm̄ simplr. Sciēdū aūt q̄ in oibꝰ istis incipiēduz est ad ꝙtradictōem: vt si aliquis rīdens dicat q̄ nō expedit mederi ꝛ opponēs assumat q̄ expedit q̄n egrotat nō cōtradicit ei: lz stat i fallacia fm qd ad simplr. ¶ Et sciēduz q̄ quadā est fallacia si ex eo qō est fm qd inferatur simplr ꝛ ecōuerso a dicto simplr ad dictū fm qd. Sz itelligēduz ē q̄ ista fallacia q̄n fit a dicto fm qd vt in pluribꝰ fit affirmatiue: lz q̄n fit a dicto simplr vt in pluribꝰ arguit negatiue.

Diffinitio fallacie fm quid ad simpliciter.

Primus modus

Scōs mod⁹

Tert⁹ modus.

Quartus mod⁹

Quintus modus

Notabile.

¶ Circa hunc textum.

Primo notādum ē q̄ dictū fm qd in ꝓposito ē termin⁹ sumpt⁹ cū alio termino apliāte diminuēte distrahēte vel alienāte: vt hō possibilis. hō mortuꝰ. hō rudibilis: ꝛ non hō. Et dictū simplr in ꝓposito ē terminꝰ sumptꝰ sine aliquo tali terio apliāte diminuēte distrahēte vel alienāte: vt iste terminus hō. Fallacia fm qd ad simplr ē deceptio puenies ex eo q̄ aliqs ꝓcessus rōcinatiuꝰ videt ꝓbare aliquā ꝛclusiōez ꝓpter silitudinez dicti fm qd ad simplr quaz tm̄ nō ꝓbat ꝓpter diuersitatez eoꝝdem. aliter diffinit sic. Fallacia fm qd ad simplr est argumētatio sophistica q̄ videtur ꝓbare aliquā ꝛclusionem ꝓpter simlitudinē dicti fm qd ad simpliciter: quam tm̄ nō ꝓbat ꝓpter diuersitatem eoꝝdem.

Quid dictū fm qd ꝛ duz simplr

Intel. diffi. fallacie fm quid ad simpliciter.

Secundo notādum est q̄ cā apparētie fallacie fm qd ad simplr est dictuz fm qd ad silr se habēs cū dicto simplr. Vñ ex quo in dicto fm qd ꝛcludit dictuz simpliciter sicut ꝑs integralis ei⁹ facilīter credit q̄ ad ynū sequatur reliquū. lz loc⁹ dzia matie a fm qd ad simplr est isti duo termini scz dictū fm qd ꝛ dictū simplr. Et loc⁹ matia huj fallacie ē ista ofo. oē dictuz fm qd infert dictū simplr. Eā defect⁹ fallacie fm qd ad simplr est dictum fm qd diuersum a dicto simplr: ꝛ huj fallacie ponit pc. h. q̄nq̄ modos q̄ sunt q̄nq̄ termini cōes nō coincidētes in significādo fm suas rōnes formales oēs palogismos fallacie fm qd ad simplr significātes. Prim⁹ modus sine prima spēs est q̄n fit palogismus ex eo q̄ toti mō additur determiatio diminuēs: vt iste hō est mortuꝰ: ergo est hō. Ad illuz palogismū rīdetur negādo ꝯsam: qz ibi cōmittitur fallacia fm quid ad simpliciter.

Quid loc⁹ matie ꝛ ꝺzia matie i fallacia ista.

Pria spēs fallacie fm quid ad simpliciter

Tertio notādum ē q̄ scōs mod⁹ est q̄n fit paralogismus ex eo q̄ alicui termino additur deteriatio significās ptem integralem nō sufficiētem denoiare totuz: vt ethiops est albꝰ fm dētes. ḡ est albus. Ad illū palogismuz rīdetur negādo ꝯsam: qz ibi cōmittitur fallacia fm qd ad simplr. ¶ Alij modi satis parent in textu. Et ad eoꝝ paralogismos rīdetur negādo ꝯsequētiam. Vñ in istis modis non cōmittitur fallacia fm qd ad simpliciter: quādo arguitur a dicto fm qd ad partem integralem illius dicti que est ṽificabilis de dicto fm quid: vt hic nō est fallacia fm qd ad simpliciter adam est homo mortuus: ergo adam est mortuꝰ. Sed tūc est fallacia fm quid ad simpliciter: quādo arguitur a dicto fm qd ad suam partem integralem illius dicti fm quid que nō est ṽificabilis de dicto fm quid vt non sequitur adam est homo mortuus: ergo adam est homo.

Scōa spēs

Rō vtilis.

Quarto notādum est q̄ fallacia a simpliciter ad fm quid continetur sub fallacia a fm qd ad simpliciter: ꝛ paralogismi quibus arguitur negatiue a dicto simpliciter ad dictuz fm qd sunt fallacie a simpliciter ad fm quid: vt nō sequitur. adam nō est hō. ergo nō est hō mortuus: qz ibi cōmittitur fallacia a simplr ad fm qd. Et sunt tot modi fallacie a simplr ad fm qd quot sunt mōi fallacie a fz qd ad simplr. Sz mōi fallacie a simplr ad fm qd sunt negatiui. ꝛ modi fallacie a fm qd ad simplr sūt affirmatiui. ¶ Vñ q̄n arguitur a dicto simplr negatiue qō est ṽificabile de dicto fm qd tūc nō cōmittitur alīa fallacia vt adam nō est mortuus. ḡ nō est hō mortuꝰ. Sz q̄n arguitur a dicto simplr qō nō est ṽificabile de dicto fm qd. tūc cōmittitur fallacia a simpliciter ad fm qd vt nō seq̄tur. adam non est hō. ergo adam nō est hō mortuus.

Regule pul ꝺra.

Declaratio diffi. predicte.

Diffi. fallacie fm quid ad simpliciter.

Contra dicta ꝓpositi arguit fallacia a simplr ad fz quid. ḡ nō est ponēda fallacia a fm qd ad simpliciter. ¶ Scōo sic arguit a dicto fm qd ad dictuz simplr adā est hō mortuꝰ. ḡ adam est mortuꝰ: ꝛ tm̄ non cōmittitur fallacia fm qd ad simplr. ḡ arguēdo a dicto fm qd ad simplr nulla cōmittitur fallacia. ¶ Tertio sic arguit. hic cōmittitur fallacia a fm qd ad simplr adaz nō est hō. ergo adaz nō est hō mortuus: ꝛ tm̄ non continetur sub aliquo illoꝝ modoꝝ. ergo modi sunt insufficienter assignati

Ad primum dz negādo aīs: qz lz illa nō cnūeretur. hic tm̄ dat intelligi ad fallaciaz fm qd ad simplr. ¶ Ad scōz dz distinguēdo aīs vel ad dictū simplr qō verificetur de dicto fm qd. ꝛ sic ꝺceditur aīs: vel qō non ṽificatur: ꝛ sic negat. ¶ Ad tertiū negatur antecedēs: sed ibi cōmittitur fallacia a fm quid ad simpliciter.

Diffi. elen.

Elenchus est syllogismus ꝙtradictionis vnⁱ ꝛ eiusdem non nois tm̄. nec etiā rei tm̄: sed nois ꝛ rei simul non synonimi: lz eiusdem: ꝛ ex bis q̄ data sunt de necessitate non cōnumerato eo q̄ erat in principio ad idem fm idem similiter ꝛ in eodem tēpe. ¶ Elenchus est syllogismus ꝙtradictionis: id est syllogismus ꝙcludēs ꝙtradictoziam ꝓpōnis date a rīdente. In diffinitiōe elenchi q̄dam ponūtur rōne syllogismi vt ex bis q̄ data sunt ex necessitate: p q̄ nō remouet fallacia accīntis. Et ponit nō ꝓnūerato eo qō erat in p̄ncipio p qō remouet petitio p̄ncipij: vt postea patebit. ¶ Alia ponūtur rōne ꝙtradictōis vt vnⁱ ꝛ eiusdē. i. vnⁱ subiecti ꝛ vnius predicati. Vñ nisi esset idē subiectuz ꝛ idez ꝓdicatū nō essz ꝺdictio. vt etbi ops ē niger. etbiops nō est niger fm dētes: ex quo nō est idez ꝓdicatuz. iō nō est ꝺdictio. Et silr hic. nullus hō mortuꝰ currit ꝛ quidā hō currit: non est ꝺdictio: qz nō est ibi idē subiectū ¶ Itē ad idē fm idē silr ꝛ in eodē tpe ponunt rōne ꝺdictionis. ꝛ ꝺ istas qt tuoz ptickas peccat hec falla q̄ dicit ignoātia elēchi fm q̄ est vna de tre decim fallacijs. ¶ Alio mō accipit gīalr: ꝛ tunc fic diffinit. Ignoātia elēchi est vnⁱ defectⁱ gīalis ad quē reducunt oēs alie falle oīendo quō peccāt ꝺ istas ptickas vt postea patebit. ¶ Iste aūt ptickle nō nois tm̄ nec rei tm̄: lz nois ꝛ rei silr. nō synonimi: et sic de alijs. ponunt rōne sylli ꝛ rōne ꝺdictiōis: qz iste exigūt q̄ nomen sit vnū ꝛ res vna: ꝛ q̄ nō sit nomen synonimū. Vñ nō est ibi ꝺdictio marⁱ currit. ꝛ tulliⁱ nō currit: nec ē bic sylls. ois gladius scindit qddam instrm est ensis: ergo quoddā instrz scindit. ¶ Fallacia ignoātie elēchi est idoneitas decipiēdi puenies ex apparēti obseruatione ptickularum diffinitiōis elenchi que cōueniunt ei rōne ꝺdictionis tm̄. s. ad idē fm idez silr ꝛ in eodē tpe. ¶ Causa apparentie buj fallacie est puenientia apparētis cōtradictionis ad veram ꝺdictionem. Eā falsitatis est diuersitas earundē. ¶ Huius fallacie q̄ttuoz sunt modi. Primus modⁱ est cōtra hanc pticulam ad idē: vt duo sunt duplz vnius: ꝛ nō sunt duplum trium: ergo sunt duplum ꝛ nō duplum: ꝛ quia in vtraq̄z premissarum nō sumit duplū ad idē. ideo nō sequit. ¶ Secundus modus peccat contra illā pticulam fm idē: vt boc est duplum illi fm latitudinem: ꝛ nō est duplum illi fm longitudinē: ergo est duplum ꝛ non duplum. Non sequit qz duplū nō sumit fm idē: lz sumatur respectu eiusdem ¶ Tertius modus peccat cōtra illā pticulam silr: vt bō est species: nullⁱ homo est species: ergo idez est spēs ꝛ nō species. Non sequitur: qz ibi nō est contradictio in premissis: eo q̄ ille terminⁱ homo nō sumit similiter

Prim⁹ mod⁹ dus.

Secundus modus

Tert⁹ mod⁹ dus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

q: in vna sumitur p̄o suis inferiori-
bus: in alia v̄o non: ſz p se toto vel p
Quartus modus. sua forma. ¶ Quartus modus pec-
cat cōtra hāc particulā in eodez tpe
vt manus mea est clausa in hoc in-
stanti: ⁊ non est clausa in hoc instan-
ti: ergo est clausa ⁊ non clausa. non
Nota dr̄iaz sequitur: q: nō est in eodez tempore.
¶ Differt aūt hec fallacia a fallacia
fm quid ad simpliciter: q: in illa est
ꝓcessus ab vno fm quid sumpto ad
vnum sumptū simpliciter: vt boc est
duplum fm lōgitudinez: ergo est du
pluz. In ista v̄o est ꝓcessus a duob⁹
fm quid sumpt⁹ ad duo sumpta sim-
pliciter: vt boc est duplū illi fm lon
gitudinem ⁊ nō fm latitudinez: ergo
est duplum ⁊ nō duplum.

¶ Circa hunc textum.

Acceptōes elenchi. **Primo** notādum ē q̄ iste termin⁹ elēch⁹
capit dupl'r. Uno mō ſtricte ſic.
oīs elēchus ē ſyll⁹ capiēdo ꝓprie ſyllin ⁊ hoc
modo nō capitur ꝑ diffinito i ter. ¶ Alio mō
capitur large: ⁊ hoc mō capit in ꝓpoſito. Et
iste termin⁹ ſyll⁹ q̄ ponit in diffinitōe hui⁹ ter
mini elēchus dz capi large vt ſub ſe cōprehen
Intel. diffi. elenchi. dit inductōem enthymema ⁊ exēplu. ¶ Et dz
diffinitio pe.hy. ſic itelligi. Elēch⁹ ē argumē
tatio ꝓbās ꝓclusiōem ꝑdictoriā poſitioni rn̄
dētis. ¶ Ān ad verū elēchum tria req̄runtur.
Primū est q̄ ſit bona ꝓna. ſcōz ē q̄ ſit ꝓbatiu⁹
tertium ē q̄ ꝓclusio ꝓbata p ipm̄ ꝑdicat poſi
tioni rn̄dētis. ¶ Et p oppoſitū elēch⁹ ſophi
ſticus fit tripl'r. Uno mō q̄n non est illatiu⁹ ſi
ue nō est bona ꝓna. Scōo mō q: nō est ꝓbati
uus: hoc est q̄n nō ꝓbat ꝓclusionez. Tertio mō
q: ꝓclusio illata ꝓbata apparēter nō vere con
tradicit positioni rn̄dentis.

Quid ignorantia pure negatōis p̄ uej dispōis. **Secundo** notādum ē q̄ vt ad ꝓpoſitu⁹
ſufficit: duplex ē ignorātia. ſ.
ignorātia pure negatōis: ⁊ est illa quam q̄s
hz q̄n nihil sit de re. Sz alia est ignorātia p̄a
ue dispōis: ⁊ est illa qua q̄s male scit illa que
scit. Ignorātia pure negatōis non p̄t causare
aliquā fallaciaz: q: habēti ignorātā pure ne
gationis nō apparet aliq̄s palogiſmus bon⁹.
Ān in ꝓpoſito p ignorātiam elenchi nō debe
mus intelligere purā ignorātiam: ſz ignorāti
am q̄ in argumētatiōe q̄ apparet esse ver⁹ elē
chus nō ꝓcipimus deficere aliquā ꝑditiōem
ad verum elēchum req̄ſitam: cuz tñ aliqua defi
Nota diffi cretiaz illā ciat. ¶ Ān fallacia ignorātie elēchi capitur
dupl'r. Uno mō large ꝑ oi deceptōe causata ex
omiſſiōe alicui⁹ ꝑditionis req̄ſite ad verum elē
chum: ⁊ hoc mō capiendo fallaciā ignorātie
elenchi cōprehendit ſub ſe oēs fallacias tā in
dictione q̄ extra dictiōem: nec est fallacia ſpe-
cialis ab aliis distincta. Alio modo capit ſtri
cte: ⁊ hoc mō capit pe. hyſ. in ꝓpoſito.

Intel. dif. falle ignorā tie elenchi. **Tertio** notādū est q̄ diffinitio falle ignō
rantie elenchi data a pe.hy. dz ſic
intelligi. Falla ignorātie elenchi est deceptio
ꝓueniens ex eo q̄ aliis ꝓcessus rōcinatiu⁹ vi
detur ꝓbare aliquā ꝓclusionē ꝑdictoriā poſi
tioni rn̄dentis ꝓpter obſeruationē alicui⁹ cō
ditionis vl aliquaz ꝑditionū requiſite vl req̄
ſitarum ad veraz ꝑdictionē quā tn̄ nō ꝓbat ꝓpt
omiſſionē alicui⁹ ꝑditionis requiſite ad veraz
ꝑdictionē. ¶ Aliter diffinit sic. Falla ignorā
tie elenchi est argumētatio ſophiſtica q̄ videt
ꝓbare aliquā ꝓclusionē ꝓpter apparentē ob-
ſeruationē ꝑditionis vl ꝑditionū requiſite vl
requiſitaz ad veraz ꝑdictionē: quā tn̄ nō ꝓbat
ꝓpter omiſſionē alterius ꝑditionis requiſite
